2 ditario iure successit in 9ctum fiscalem, ut in gl.† Opp. 2. φ crimen falsi, nõ incurrat, quia falsum, est mutatio ueritatis. Sed iste conducendo uectigal de ueritate nihil immutauit, ergo de falso puniri nõ dẽt.l.& si legibus.ŝ.si cõ.ius uel uti.pub. Sol. ut in gl. 2. in prin. q̃ declarat quã de cã in falsum incidit. Opp.3. ad idem de l.1.ŝ.si rem alie.ge. Sol. dupliciter, ut in gl.fi. Et scda so. nõ placet, ibi autẽ non tenetur, & non phibitã, non veniunt puniẽda, qđ fieret, si in casu illius.l.penã ĩcurreret. tene igitur primã, φ aliud in cõductione vectigalis, aliud in vẽditione vnius rei, vel obligatione, vt ibi. Opp.3. quod licet satisfaciat pęnã falsi nõ euitet, qa ciuilis criminali nõ p̃iudicat, vt ĵ.qñ ci.act.preiu.cri.l.i. Solu. dupliciter, ut in gl. & tene primã, reprobata sol. Mar. vt sequitur, in ea. vbi ergo gl. dicit, prima placeat. & dic, φ ibi đ satisfactiõe coacta, hic de spontanea. inter eas n. est dñia. vt l.si insulã. ff. de uerb. obl. & in aliis similib. q̃ ŝ. induxi. Opp.5. φ non in pœnã falsi, sed in crimen stellionatus incidat, ut de pig.act.l.tutor. Sol. hic cum
3 fisco, ibi cum priuato contraxit.† Quæro primo vsque ad qđ tps põt ipse satisfacere, vt pęnã euitet gl. ista circa mediũ, uĩ sentire φ usq; ad sñiam. ar.ff.de adul. l.si adulteriũ cũ incestu. §.fratres. Sed dic uerius usq; ad litis conte. ut in ea.l.§.idẽ pollioni. & ar.d.l.si insulã. ſm Cy. & pbaĩ rõne, qa factis pbationib. 9 eũ, solutio fienda ab eo, debet amodo iudicari coacta, ex uiolenta p̃sum-
4 ptione, insurgẽte ex pbationibus.† Quero.2. si prius cõduxit uectigal, an possit ob hãc cãm excusari a tutela. qdã qđ sic, p hãc.l. in fi. Sed gl. tenet 9riũ p l.coloni.ĵ.de excu.tu. Ad hanc l.rñ. φ loquiĩ de periculo falsi, sed caue φ gl. ĩ d.l.coloni, tenet qđ excusatur p l.sp.§.conductores.ff.de iu.immu. Nã si a muneribus publicis autoritate & utilitate excusatur, ut ibi, fortius a munere tutelæ, qđ licet autho. sit publicũ, utilitate tamẽ est priuatum, & sic hæc l.in fi. de utroq; periculo potest loqui. propter alium autẽ contractum, non excusatur d.l.coloni, secundum Cy. & doc.

De tutore, uel curatore, qui non satisdedit. Rubr.

¶ Quia tutor, uel curator, de quib. dictum est ŝ. tenetur, ut plurimum, satisdare: ideo ponitur ista rubr.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator administrare volens, satisdare tenetur. & nu. 2.*

LEX I.

a
1 Si nondum, ᵃ† Tutor, uel curator, q nõ satisdedit, cũ debet administrare prohibetur, & ad satisdandũ cõpellitur.h.d. No. φ tutor minus idoneus facultatib. satisdare. Contra hoc op.gl. qđ imo & si satisdare uelit repellaĩ a tutela, ut insti.de susp.tu.§.pe.& fi. Sol. quod hic in suspecto pp defectum facultatũ, qui defectum suũ purgat satisdando: ibi in suspecto pp defectum morum, quia satisdando non põt implere defectum eorũ, ideo ab eo satisdatio non petitur, & licet deerit malis moribus non deficiẽtibus, ut suspectus remouetur. qđ nõ. nam magis boni mores, q̃ diuitiæ sunt ponderandi in tu. & cu. & idẽ in doc. ut l.magistros. C.de profe. & med.lib.11.&c.
2 Op. φ non teneatur satisdare, ut inst.de satis.tu. circa prin. & ff. de confir.tu.l.2.& ĵ.eo.l.in dubium, in princ. & l.non omniũ. Solu. aut quæritur in testãrio, & ille non satisdat, siue teneat datio a principio, siue indigeat confirmatione, & sic confirmandus ut in primo alleg. Aut q̃ritur in datiuo. & olim distinguebatur. Aut est datus ex inquisitione, & non satisdat, ut ĵ.e.l.oĩum, aut sine inqsitione, & olim satisdabat, ut hic. hodie uero dicit gl. φ ĩ distincte datiuus teneĩ satisdare, ut inst.de aut.tu.§.pe. Sed doc. dñt melius, φ datiuꝰ sine inqsitione satisdat ĩ distincte, ut olim: in datiuo uero cũ inquisitione, dẽt distingui. aut est datus a maiori iudice, & non satisdat, ut olim, aut a minore, & tuñc hodie. satisdat, ut d.§.pe. Ratio, quia propter maiorem autoritatẽ qua nititur, fides eius approbata dĩ, ar.ff.de edẽ. l.si quis ex argentariis.§.j. Hanc subdistinctionem ponit gl. in auth. ut hi qui ob.se. per ha.res, mĩ, §.pe.insti.de aut.tu. & fuit antequam titu. insti.de satis.tu, & tñ ibi dĩ, φ datus cum inquisitione non satisdat, in testamẽtario nihil est mutatum, in legitimo dic, ut dicetur ĵ.c.l.3.

ADDITIO.

a Si nondum. Vide Bar. in l.si patronus, alias est.l.si tutores.ff.de confir.tu.& in l.j.ff.rem pu.sal.fo.& vide d.Fran. Tig. in suo consi.inc.factum sic se hẽt, quidam nomine Burgũdus. cui subscripsit Bar. qui tenet quod in donatione tutoris, non requiritur inquisitio, nisi quo ad hoc, quia si fuerit datus cũ inquisitione non satisdat, sed tene dictum g o.in d.auth. hi qui ob. se alle. in tex. in verbo, agit. ad fi. quam sequitur Cy. hic in rub. & Bar. in d.l.si patronus.

LEX II.

Cum tutorem. Tutor non satisdans inopia, remouetur a tutela, sine infamiæ nota: secus si fraude, & in locũ defuncti, idoneus debet subrogari, quia a defuncti hæredibus tenetur rationes exigere.

SVMMARIVM.

1 *Tutor legitimus satisdare tenetur, non autem testamentarius. & nu. 2.*

LEX III.

In dubium. Sententia lata contra legitimum, uel datiuum qui non satisdedit, ipso iure est nulla: ideo restitutio non est necessaria. h. d. Vel generalius, gesta a tutore, qui non satisdedit, sunt ipso iure nulla, in præiudiciũ mi-
1 noris. h.d.† Not. quod tutor legitimus, tenetur satisdare, & hoc est regulare. Fallit qñ patronus ad tutelam liberti est uocatus, quo casu distinguitur. Aut persona patroni est uulgaris, uel minus honesta, & satisdat, non aliter. ut l.legitimos, in princ. ff. de leg.tu. Idem dico in patre, quia maius esse tribuit filio, quàm pa
tronus

tronus liberto. & sic causa cognita satisdat arg.ĵ.ad treb.l.iubemus, §.in supradictis. & ff.ad trebellia.l.imperator, a sensu 9rio.
2 †Item no. quod testamentarius nõ satisdat,ᵃ ut hic in prin. & ĩ l.sequen. In datiuo distinguo, ut dixi supra. eod.l.i.

ADDITIO.

a Non satisdat. Sed quid si erat malæ famæ, & testatori ignotus, an hic poterit obiici, ut teneatur satisdare? dic, quod sic, ut in l.liberto.§.largius.ff.de an.l. & in l.testator, ad fi.de admi.tuto.& quod no. Bal. in d.l.1.de confir.tuto.

LEX IIII.

Non omnium. De pluribus tutoribus, quorũ nullus satisdare teneĩ, si unus satisdet ille ĩ administratione p̃ferĩ. hoc dicit. Hoc intellige nisi ille sit suspecta psona. Itẽ, & nisi alii satisdare vellẽt. ff.de test.tu.l.test. vbi omnino vide, & ff.de adm.tu.l.si plures, p totã legẽ. vbi ẽt vide.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non aget nec administrabit, nisi prius satisdederit.*

LEX V.

Tutor. Ista lex habet in secũdo responso duas lecturas. & una est ualde not. & est una 9ria alteri. & secundũ secũdã. hoc dicit. Tutor q nõ satisdat, nõ põt alienare bona pupillaria, nec ẽt bonorũ pos.petere, sed postea sic. h.d. ſm primã
3 lec.† Tutor q nõ satisdat, nõ põt administrare, nec agere, nisi ea quę sunt tẽpore peritura, uel nullũ preiudiciũ pupillo allatura. hoc dicit. & multũ not. Istã lect. nõ tenet gl. qa ſm eũ bonorũ pos.petere posset, ut hic ĩ litera. & ĵ.qui admi.ad bo.pos.l.bonorũ. cũ illa pereat tẽpore.l.1.& 2.ĵ.eo.tit. & tñ p̃iudiciũ nõ modicum posset esse pupillo; qa teneretur creditorib. hereditariis. ideo istũ tex. intelligit post satisdationẽ præstitã, & ita supplet. tex. Sed Bar. istã lec. dicit bonã. Primo quia sine subaudito, 9formaĩ huic literę. Secũdo, quia dilationẽ satisdationis expectare possit, extra periculum pupilli, ergo debet posse petere bonorũ possess. ne ius petendi pereat, ut diciĩ de inuentario, cuius cõfectionem nõ expectet ĩ his quę ante perire possent, ut l.tutor q repertoriũ. in princ. ff.de admi.tu.& istam rationem ponit ipse in l.qui duos. ff.de reb.du. Tertio dicit esse casũ in l.impuberi. ff. de tu.& cu.da ab his. sed nõ uideo quomodo ibi sit casus, qa de tutore ad vnũ actũ tñ dato loqtur, qui nec inuentarium tenetur facere, qa aliud nõ inuenit. nec satisdare, qa actu illo impleto expirat eius officiũ: hic de tutore q hẽt administrare. & sic uniuersę gestionis, ad l.tutor, cui põt rñderi, quod aliud in confectione inuentarii, qđ fieri dẽt de rebus in bonis pupilli repertis, quæ nõ reperiunĩ, priusquã adeat. aliud in satisdatione, quã tenetur prestare tpe quo ei administratio decernitur, vnde ea nõ præstita non põt administrare, nec bo.poss. petere. Tñ quia lec. satis est ęqua, quia melius est ante tẽpus occurrere &c. ut l.fi.ŝ.in quib.cau.in inte.resti.non est ne. ideo cogitãdũ relinquo.
a Sed quicquid sit, no. ſm Bar.ᵃ qđ scia tutoris est sufficiens, ut tpa bonorũ pos. currãt pupillo ignoranti, & sic scientia tutoris habetur pro scientia pupilli, ut hic & l.pupillus. ff.de acquir. hære. quod facit ad multa, & maxime pro transmissione iuris deliberandi, de quo in l.cum antiquiorib.ĵ.de iure delib. & ibi dicam.

ADDITIO.

a No. secũdum Bar. Idem tenet, & assertiue Bal. hic. nu. 2. ver. & ideo dicit Bar. in addi. ad eum in apost. in uer. sola scientia tutoris, quod ampliat idem Bar. vt procedat hoc dictum in tutore, qui non satisdedit, uel inuentarium non cõfecit. de quo vide per eundem Bar. in l.tutor qui repertoriũ. ff.de adm.tu.

¶ De suspectis tutoribus, uel curatoribus. Rubrica.

Quia tutores, uel curatores de quibus ŝ. propter suspicionẽ remouentur, iõ ponitur hęc rubrica. Quæro, ut ĩ gl. & dic, ut in ea, & ff. eo.l.1.& aliqua dicenĩ.ĵ. ut melius cadẽt in legib. huius tit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio suspecti, cum actione tutelæ non concurrit.*

LEX PRIMA.

1 Libertum. Tutor durãte tutela, accusaĩ de suspecto, & ea finita 9uenĩ tutelæ iudicio. h.d.† Not. qđ accusatio suspecti, nõ 9currit cũ actione tutelę, 9cor. sunt ĩ glo. Expone tex. ibi suspectũ facere, detegere põt eũ accusãdo de suspecto, mali.n. mores ipsius eũ faciũt suspectum, ut insti. de suspe.tuto.§.pe.& fin. ita exponit gl. in l.i.ŝ.de nego. gest. Item nota, quod mater accusat de suspecto. Vide glo. per te.

SVMMARIVM.

1 *Tutor negligens, an posit, ut suspectus remoueri, & nu.2.*

LEX II.

a Curatores, ᵃ Periculũ curę neglectę, spectat ad curatores, & cessãtes gerere fraude, uel dolo, pñt
1 remoueri, ut suspecti. h.d.† Op. qđ ex hoc nõ remoueaĩ, ut suspectus ff.e.l.hoc.n.§.fi. Sol. quatuor modis, ut ĩ gl. Vel distingue sic. Aut tutor, uel curator datus, ignorat se datũ, & tũc nulla culpa põt ei ĩputari. Aut scit se datũ, & tũc, qa cessat facere id ad qđ teneĩ, ĩ dolo p̃sumiĩ, ut ff.mãdati.l.dolus. & ff.ad l.fal.l.dolo. Verũ ex tali dolo p̃sũpto, an ueniat remouẽdꝰ distĩgue. Aut nõdũ ceperat agere, aut iam ceperat. si non ceperat, aut non erat citatus, & tunc non remouetur, sed gerere cogitur, ut ff.de admini.tu.l.quidam.§.fin.& l.seq. Aut ipse erat citatus, & contumax; & tunc, ut suspectus remouetur, ut in l.seq. & ff. eod.l.impuberibus ĩ fi. & idẽ si dolo uero, uel fraude cessat, ut hic. Si uero ceperat iã administrare, & tũc pp pigritiã, põt remoueri, & sic nedũ pp dolũ, sed ẽt pp culpã leuẽ põt remoueri, ut ff.eo.l.3.§.fi. q̃ sic dẽt intelligi, ut Dy.no.in l.i.ff.de admi tu.& hic p Cy.nã, ut ibi dicit Dy. qa facilior ẽ remotio post ceptã administrationẽ. leges voluerunt tutorẽ 9pelli ad administrãdũ. & iõ tunc est facilior,
2 qa magis delinqt, ex quo inchoauit.† Vnũ tñ attẽde: qa tutor 9iũctus, nõ faciliter remoueĩ, vt suspectus, pp infamiã euitãdã, ut ff.e.l.si tutor aliquo. sed alius sibi subiũgiĩ. đ quo ibi vide p gl. & plenius p Bar. q ibi 9clusit, φ residet ĩ iudicis arbitrio, p l.2.§.si tutor inuitus, eo.ti. & subiũgit iudicẽ hẽre 9siderare magnitudinẽ dãni illati pupillo, ar.l.pp litẽ.ff.de exc.tu. Ego distinguo. Aut dãnũ illatũ pupillo est p tutorẽ irresarcibile, & tũc distinguaĩ, vt Bar. Aut est resarcibile: & tũc q̃tũcũq; sit suspectus, tutor nõ remoueĩ, sed curator adiũgaĩ, ut d.l.si tutor. & ĩtelligo vt ei statim fiat resarctio: nõ in fi. tutelę. Vltimo Cy. induxit istã.l. ad qõnẽ, φ si qs in ludo schachorũ pmisit dare mattũ cũ certo pedi-
b te, & postea dat cũ illo regina tñ facta,ᵇ φ dẽat obtinere, qa adhuc vĩ iudicãda pedona, sicut hic, tutela trãslata in curã, tutel nuncupaĩ, p hoc est, qa dignitas est aucta, nõ 9ditio mutata, ut ff.de sena.l.senatores. Contrariũ tenent do. qa facta regina, mutauit nomen; ergo, & effectũ, ut l.a nullo, ŝ.de ser.& l.si idem, ĵ.de codi. similiter mutauit officiũ, qa amodo pĩciĩ p trãsuersum ergo &c. ut l.legatis seruis. §. ornatricib. ver. sed si ex officio, de leg.3. per quem tex. deciditur hæc quęstio, ſm doc. & Cyn.

ADDITIONES.

a Curatores. Ad materiam huius.l. vide no. & plene per do. Soc. consi. 2. inci. sequendo ordinem. ver. circa 2.q. cum ver. seq. vsq; ad fi. in j. parte, char.3. & vide per Bar. in l.senatores. ff. de senatorib.

b Regina tamen facta. vide Io.de Pra, Bar. & doc. in l.falsa. ff.de cond. & dem. & in l.legatis.§.si ex facto. ff.de leg.2. Cy. in l.1. supra.de sum.tri. Bar. in l.senatores. ff.de senato. Lau.de Fano. insti.de capi.dimi.in prin. Io.An. in addi. ad Spe.ti.de offi.delega.§.restat, quem Pa.c.quoniam abbas, ad fi, nu. 15. alle. & in addi. ad eum. in uer. Ioan. And. extra. de offic.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Mater, an teneatur tutores compellere ad administrandum.*

LEX IIII.

Preses. Tutores pñt 9pelli ad administrandũ, & in 9tumacia p̃seuerãtes, remouenĩ ut suspecti. h.d. & de hoc
1 dic, ut dixi, ŝ.l.proxi.† Quero circa primũ, an teneaĩ facere istos 9pelli ad administrãdũ? Dic, aut sunt hi, quos petiit, aut alii, ut dixi in l.fi.§.personas.ŝ.de admi.tu. Quæro quibus remediis iudex compellit? Rñ, ut in gloss. Quæro hic in fi. dicitur quod mater non prohibetur accusare de suspecto, sed an compellatur? dic quod non. vt ff.qui pe.tu.l.fin. §.fin.

LEX V.

In postulandis. Non inopia sola, sed fraus, & segnitia, tutorem reddit suspectum. h.d.

LEX VI.

Pietatis. Quilibet, & maxime si sit de necessariis põt accusare tutorẽ đ suspecto. Pauptas tñ nõ est iusta cã, ut remoueaĩ, sed, vt alius si iudici uidebiĩ, adiũgaĩ. h.d. Et est iste tex. in fi. arg. φ crimẽ suspecti tutoris, sit publici iudicii, cũ quilibet admittatur, qđ tenet gl. in l.decreto. ff.e.& pro hoc facit.l.i.§.9ñs.ĵ.e.ti, 9riũ tenet Bar. in l.i. ff. de pub. iudi. & ibi uide per eũ.

1 *Administratio interdicitur accusato ipso iure.*

LEX VII.

1 Eum. Pendẽte cã suspecti tutor nõ põt administrare, sed daĩ curator, q interim administrat. h.d.† No. φ lex interdicit accusato administrationẽ, ipso iure. 9cor. ff.de sol.l.φ si forte.§.i.& insti.e.ti.§.si qs. & idẽ ibi dicit gl. in p̃lato ecclesię, cuius 9riũ vult tex. ĩ c.venerabili, ex̃.de of.deleg. vbi dĩ φ alius sibi adiũgitur, cũ quo administret, & nimirũ qa suspicione, & dilapidatione pbata, ipse nõ remoueĩ, sed alius ei adiũgeĩ, ut ex.đ si. c.licet heli. ergo minꝰ ĩteri. Et ex hoc ĩfert Bar. ĩ d.§.i. φ si tutor, q accusaĩ de suspecto est talis, qa 9iũctus, nõ dẽt remoueri, ut suspectus, sed alius dẽt sibi adiũgi, puta, qa ẽ 9iũcta psona, ut ff.e.l.si tutor aliquo uinculo. interĩ administratio ei interdicta nõ eẽt, sed alius sibi interim associãdus eẽt, ne sit deterioris 9dõnis q ẽ in casu dubij, q̃ is q est in casu certi. ut l.ordinata. ff. de li.cã. Sed forte aliud ĩ tutore, q administrat ad utilitatẽ alienã, nõ ppriã, vt p̃latus. Iõ tutori lex interdicit administrationẽ, donec alius sibi adiũgaĩ, volẽs pupillo prius puidere, & postea remedia q̃rere ar.l.fi.ŝ.ĩ qui.cau.in inte.restit. nõ est ne. A tpe igĩ quo sibi alius
a adiũctus erit, sine quo nõ possit administrare, interdicta ᵃ nõ erit, sed antea sic, nec dĩ interim deterioris 9dõnis, qa de facto ei administratio nõ ẽ sublata, sed ptãs iuris interdicta pupilli fauore. Sed fateor bene φ existẽte tali tutore q nõ dẽt remoueri, curator interĩ nõ dẽt dari, q solus administret, sed tñ alius associari, uel aliꝰ adiũgi. & hoc ne sit deterioris 9dõnis, ut d.l.ordinata.

ADDITIO.

a Ipso iure. Colligitur hic quod litis pendentia impedit tutorem suspectũ administrare. de quo vide gl. no. in l.decreto. ff. eo. vide Bar. in l.quod si forte.§.1. ff. de sol. & notata per moder. in l.3. & in c.licet Heli. de simo.

LEX VIII.

Si non suspectũ. Durãte administratione, 9tutor ñ põt petere a tutore, ut reddat sibi

rationem administrationis vniuersæ. h d. Et dic, ut dixi, supra, de admini.tuto.l.2.

SVMMARIVM.

1 *Tutor remotus quando, dicatur infamis. & nu. sequen.*
4 *Libellus, an sit necessarius in causa suspecti tutoris.*
5 *Iudex competens quis sit in causa suspecti tutoris.*

LEX V.

Suspectos. Remotus ob dolū, est infamis, nō ob culpā. hoc dicit. Et in dubio dicit̄ remotus ex obie
1 ctis in libello, ut in gl. †Quęro qd si est remotus ob culpā latā. q dā qđ est infamis, ut ff.eo.l.impuberib.§.si fraus, & qa lata culpa æquiparat̄ dolo. ut l.qđ Nerua.ff.depo. In ꝯriū determinat gl. p tex.insti.eod.§.suspectus. & ibi idē tenet gl. & in l.in actionib.ff. de in litē iuran. Et sic quātū ad infamiā irrogādā nō æquiparat̄
2 dolo, ut ibi not. †Quærit gl. qd si nō dixit iudex ob quā causā remouetur. & dic ut in ea. Ex qua collige tria mēbra, qa aut est remotus ob dolū, hoc expresso, aut ob culpā, aut simpliciter, ita, qđ dubitari pt. Et iste tertius casus subdiuidit̄ in tres. nā aut de dolo tātū accusabat̄. Aut de culpa tātū. & hi cas⁹ sunt clari. Aut simul de dolo & culpa, & isto casu vult gl. qđ ob culpā, & nō dolū pſumat̄ remotus. & hoc ne sit infamis. arg. l. interptatione, & l. præses.ff.de pen. & ita, inquit gl. posse intelligi. l. hæc.ff.eod.
3 †Quæro. an dānatus, seu remotus ex officio, & sic p inqsitionē sit infamis. gl. ista dixit qđ nō. & idē no. in l.3.§. pterea.ff. e. & ff. de modo mu.l.i. & idē tenuit Dyn. & induxit l.i.ff. si tu. nō gest. Sed ꝯriū cōmuniter tenet̄, qa nō est ordo iudicii, sed causa propter quā debet attēdi, ut.ff.de his qui no.inf.l.ictus. & ita tenuit Oldra. & Anto.de pi. & Bar. in l.infamē.ff.de pu.iu. Et inducit p casu p locū a speciali.l.fina.ff.eo.tit. Et ad l.i.ff. si tutor nō gest. dicūt, qđ ibi nō declarat̄, an sit infamis, uel nō &c. Ego istā qstionē latius examinaui.ff.de accu.l.ea q̄ de, ubi uide, tamē conclusi
a qđ si remouet̄ ex officio ex causa doli, sit infamis, a nō si ob culpā, & ita tenuit gl. circa pri. ff.e.l.si tutor. Et p illa declarant̄ alię gl. & iō dico, qđ vbicūq; dānatus p accusationē, efficeret̄ īfamis
4 similiter dānatus p inqsitionē, efficeret̄ infamis. †Quęro, an in cā suspecti, sit necessarius libellus. Rñdet Cy. qđ sic, si p uiā accusationis ordinariæ pcedat̄. Sin autē p officiū, aut a parte imploratū. & idē, vt p eū no. l. fina.ff.de edi.di.adri aut nō imploratū. quamuis forte excitatū. & sic p uiā inquisitionis, & tūc libellus nō est necessarius, ut l.3.§. præterea.ff.eod. Quæro, an accusatio sit necessaria in scriptis. dic, qđ sic. si agat̄ de puniēdo, & sic debet intelligi, qđ not. gl.ff.e.l.i.§.i. ubi p Bart. not. alle. & ita intelli
5 ge, qđ no. Cyn. hic. †Quero quis in causa ista erit compet ētes iudex. dic ſm Mar. de Sil. quem sequitur Bar.ff.eod.l.1.§.damus. Aut in accusatione suspecti, petitur tutorem puniri, qđ potest fieri. ut ff.eod, l.3.§. tutores, & tunc in prouinciis, solus præses q merū imperiū habet. ut ff.ad turpi.l.1.§. suspecti, & sic nullus legatus posset. Aut petitur tm̄, ut remoueatur, & tunc querit̄ de cognitione causæ, & illa demādari pōt, ut d.§. damus. & ff.de officio eius cui mā.est iu.l. & si nō cognitio. Aut queritur de ipsa remotione, & tunc aut de ea quā l. facit causa pēdente, de qua ff.eod.l. eū. & ff.de so.l.quod si forte.§.1. & illam potest iudex, ēt delegatus facere, quia ei interest ēt, & curatorē dare, ut d.l. eū, & quia non tam facit, quā declarat, quod per.l. est factum. Aut queritur de ea quam iudex facit per sententiam, q̄ pprie est priuatio, & remotio a iure administrandi. & illa nō pōt fieri a delegato, nisi proconsulis, uel pretoris, ut ff.eod.l.1.§. damus.

ADDITIO.

a Et causa doli sit infamis. Cōtrariū vř sētire gl. hic, & in l.3.pe. & ibi Bart.ff. eo. ubi q cōdēnat⁹ p inquisitionē, ēt ex dolo, nō sit infamis. Idē tenet gl. ī l.j. sup. de mō mul. uide Bar. ī l.ifātē, de pub.iu. & Bal. ī l.1.ff. de his q. no. infa.

De in litem dando tutore, uel curatore. Rub.

Quia necesse est quandoq;, ut curator detur in litem. ergo &c. Oppo. qđ non tutor, ut instit. de auto.tuto.§.fina. quia nō certę rei, ut insti. qui tu.da.pos.§.certę. Sol. ut in gl. dic, quod hęc rubrica loquitur ſm quędam iura antiqua, uel, qđ exponat̄ uel pro.i, & sic stabit correctiuè, & hanc tenet gl.ff.eo.l.ad protegēdum.

LEX PRIMA.

Si quas. Tutor potest agere contra pupillum, alio contutore autore: & si nullum contutorem habet, dabitur ei curator ad litem illam defendendam. hoc dicit.

LEX II.

An tibi. Tutor pupilli cuius pater uendidit fundū secum cōmunē, cōsultius faciet, si tutela durante, partē suam nō uēdicet, si tamē pure uult uendicare, debet petere curatorē dari, qui emptorē pupilli nomine defendat aduers⁹ ipsū tutorē fūdū uēdicantē. hoc dicit. No. quod autor debet requiri & requisitus debet emptorem defendere. gl. uide per te.

SVMMARIVM.

1 *Siue dictio declaratiue, & correctiue quandoque ponitur.*

LEX III.

Ad protegendam. Curator datus ad litem, non subiicitur periculo admini
1 strationis. hoc dicit. † No. ex gl.1. q dictio siue, a nō est simplex & mera disiunctiua, quando ponitur inter incōpassibilia. ideo
b stat declaratiue, & correctiue. De dictione seu, b nota, per Cy. in l.j.ff. de uerbo.signi.

ADDITIONES.

a Dictio siue. De hac dictione siue, uide Bar. in l.cū quis decedens, §.fin.de l.3. & in l.1.6.co.in uer.6.quæro, de cond. & demon. & uide Bar.cep.in ver.4. quod corrigit, adde.c.5.de sta.reg.in 6. Item exponit. c. Romana, de ap.in 6. & c.1.de exce.in 6.& per d.Ab.in c.inter cæteras, de rescri.
b De dictione seu. De hac dictione seu. vide Bar.in l.gñali.ff.de sacrosan.ec.& p d.Soc.consi.64. in causa vertenti, uer.capiendo etiam secundam ibi, nam dictio, & ibi, idcirco, in prima parte.char.111.

LEX IIII.

Ad litem. Curator ad litem, sumptus repetit, quos bona fide fecit.h.d.

LEX V.

Siue. Vbi tutor testamētarius uel legitimus est cū pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litē, facere prouideri, uel potest pupillus, illius autoritate procuratorē cōstituere, qui eū sit defensurus, & si res exegerit alius tutor ordinabit. hoc dicit. No. illud secūdum de procuratore, quia non est alibi, & loquor quando tutor constituitur, vel foret melius simpliciter constituere, ut l.neque, supra de procu.gloss. uide per te.

¶ De eo qui pro tutore negotia gessit.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro tutela contra mulierem intentatur, quæ se gerit ut tutrix. & nu.2.*

LEX PRIMA.

1 **Etiam.** †Mulier, quæ tutrix esse nō pōt, si gerat, ut tutrix actione pro tutelę tenetur, h.d. Opp. de aut. mři & auę.ff. qñ mu.tut.offi, fun.po.So.qđ hęc.l. procedit secundū iura ista, ſm quę mř ēt non poterat tutrix esse: & ita intellige, qđ hic no.gl. hodie uero si mř tutrix foret, qđ esse pōt seruatis solēnitatib⁹ reqsitis, ipsa teneret actione tutelę, & idē de auia. Opp.2. tex.iste dicit, qđ tenet; & non declarat qua actione. & sic nos dimittit in incerto ꝯ.§. quib.ff.de no.codi.cōpo.So, supplēdo, ut ī glos.3.in prin. uidelicet, qđ actione pro tutela teneat, qa pro tutore se gessit, Opp.tūc.3.qđ si gerit pro tutore. Aut cū mādato, & debet teneri actione mādati. Aut sine, & debet teneri nego. gest. & sic nō pro tutela. Sol.qđ hoc verbū, pro tutore, est equiuocū, nā quandoque ponit̄ separatè, & diuisim, ut sint duę partes, & tūc procedit ꝯriū, quandoque ponit̄ cōpositè, & cōiūctè, & tūc procedit.l.ista, & tot⁹ tit.hic. & ff.eod. ut sit sensus pro tutela, id est quasi tutrices, ut hic, in 2.glos.in princ. Opp. 4. qđ vbi nō pōt esse tutor, nō sit locus actioni, pro tutela, sed neg.gest. vt ff.eo.l.1.§.si quisquā. Sol. ibi qñ est defectus ex parte gerētis. hic qñ ex parte eius cuius negotia geruntur, qui nō pōt tutorē habere. Et cūr diuisim querit glo. Sed respōdeo, ut not. in d.§. si qs uidelicet, qđ actio pro tutela est inuēta fauore pupillorū, quasi dicat pro eorū cōmodo nō incōmodo. unde si daret̄ ꝯ eū, q nō pōt habere tutorē, redūdaret ī eius incōmodū: cū ipsa sit priuilegiata. ut not. in seq.gl. qđ non est in ac.neg.gesto. Opp.5. quod imo, & si sit defectus ex parte gerentis, non agat̄ actione pro tutelę. sed nego.gest, ut l. militiæ.ff.q da.tu.pos.sol. ut sequit̄ in gl. & solutionē reproba, ut in ea. Et quia sic ꝯriū remanet insolutū, dic, ut ibi dixi, videlicet, quod quidā, ut Iac.de Are. dixit quod eo casu quo tutor esse non potest, cōpetit utilis actio pro tutelæ, ut hic. & ff.eod.l.1.§.proinde. & si seruus, similiter, & utilis act. neg.gest. ut ff.eo.l.1.§.si quis. & una non impedit aliā, qa ambę sunt ex ordinariæ. Sed ego istā solutionē ibi reprobaui, & in l.1. supra de te.tu. ubi uide. Solutio agit̄, qđ in l. in militię, fallit pp priuilegiū armatę militiæ, qđ cōtēdit cū priuilegio pupilli, secū
2 dū Iac.bur. quod declara, ut ibi plenius scripsi. †Quæro, an actio pro tutela possit durāte pupillari ętate intentari, dic quod sic, ut ff.eo.l.1.§. cum eo. & hic in gl. Quero, an procurator possit res minoris alienare. Dic, quod non, ut in gl. Bartho.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tutoris illegitimi, quando possit opponi.*
2 *Prelatus repellitur cuius electio, uitiosa reperitur.*

LEX II.

1 **Non vtiliter.** Exceptio tutoris illegitimi, pōt opponi in quacūq; parte iudicii. hoc dicit. †Quęrit gl. de rōne. & respōdet, qđ hęc exceptio est similis exceptioni falsi procuratoris, quę pōt opponi quādocūque, quia reddit iudiciū retro nullū. Ex quo collige, qđ hæc sicut illa, pōt opponi post sētētiā, quia iudiciū est nullū. qđ intelligo verū in pīudiciū minoris. sed in eius fauorē ualet iure speciali, ut l. nō eo minus.ff.de pcu, & no.ff.in l.si tutor, in q. cau.ī iteg.resti. nō est ne,
2 secūdū Cy, & uide qđ ibi dixi. †Quęrit gl. an idē ī plato, a ut qñq;
a possit repelli, si uitiosa sit eius elect. dicit gl. qđ sic. sed Inno. ex. de elect.c.nihil, distinguit. Aut erat cōfirmatus, & nō repellitur per exceptionem, ut. ff.de mino. l. ait pretor. §. permittitur.
quod

ADDITIO.

a Idem in prælato. Ergo uidetur, quod prælatus non admittatur ad agendum, nisi faciat fidem de sua prælatione id est quomodo sit electus, & cōfirmatus de quo uide Bar.in l.2.uer.nunc de quinto. supra de serui.

quod fal.tu.auth.l.j.§.pen. Nec ob.hæc l. quia hic non interuenerat confirmatio iudicis. Aut non fuerat confirmatus, & tunc repellit̄, vt in hac gl. sed hoc, isto casu vltimo distinguit, aut egit nomine ecclesię, aut suo, vt refert Are. extra de præben.c. eum q. l.ō. de isto remitto ad not. per Ioan. And. post. Innocen. in c. in literis, extra de re.spo. & ibi plene uide per eum.

Si mater indemnitatem promiserit. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mater non tenetur ex facto tutoris, quem filio petiit.*

LEX PRIMA.

1 **Suo.** †Licèt mater petierit tutorē dari filio eius periculo, nō ppterea tenet̄ ex illo facto: nisi hoc expressum fuerit in iudicis decreto. h.d. cū l.fi. Opp. de l.fi. ad istā resp. ut in gl. & in sūmario. Et attende qa gl. in c.fi. vult, qđ mř debeat ꝯsensisse huic iudicis decreto. sed mihi vř, qđ si mř expræssim dixit, vt suo periculo det tutorē, qđ si iudex dicat, qđ periculo matris dat eū tutorē, sufficit, nec alius cōsensus nouus requirit̄: qa sufficit prædictus nō reuocatus. ar.l.2.§. uoluntate.ff.sol.ma. cū si. Opp. de l.2. §. nō solū.ff.ad tertu. Sol. ut in gl.fi. Opp.3. de l.ff. proxi. & ff. ad velleia.l.si mater. Sol. vt in gl. declara latius, ut dixi in d.l. si mater.

SVMMARIVM.

1 *Promissio indemnitatis facta tutori, non liberat eum. & num.2.*

LEX II.

Quædam. Tutor, matri pupilli, vel auo, administrationē cōmittens: & ab eis indemnitatis pmissionē recipiens, officio finito, cōuenit̄, & ipse ab eis conseruabitur in
1 dēnis. h.d. †Not. qđ promissio indemnitatis facta tutori, nō liberat tutorem. Itē qđ existente promissione, agitur demū ꝯuento
2 principali, vt hic, & ff. de cōue.fi.debi.l.1. scđm unā lec. †Et ex hoc habes qđ fideiussor de indēnitate, ēt si renunciet beneficio fideiussorū, nō ppea poterit conueniri, antequam principalis. Et est rō, qa hoc nō hēt, ex beneficio dato fideiussoribus. sed ex natura pmissionis, & obligationis. pmittit enim idemnitatē. i. cōseruare creditorem sine damno, ex pmissione facta a principali & sic pmissio habet in se tacitam cōdōnē, si damnū patieris, sed damnū huiusmodi nō apparet, nisi excusso principali, ut d.l.2.ff. de conuen.fi.debi. & est tex & gl. infra de fide. tuto.l.2. & no. ēt. ff. de magistra.conue.l.j. in fine. ergo, &c. quod tene cordi.

Si contra matris uoluntatem, tutor datus sit. Rubrica.

LEX VNICA.

Si contra. Tutor datus a iudice, uel a patre, contra uolūtatem matris præmortuæ, ab officio remouebit̄, nec infamia notabitur, nisi de fraude conuincatur, hoc dicit. & notabiliter.

Vt causæ post pubertatem, adsit tutor. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tutor causam inchoatam pupilli prosequi tenetur. & nu.2.*

LEX VNICA.

1 **Tutores.** †Tutor cām pupilli inchoatā psequi tenet̄, etiā post pupillarē ętatē, si instrumēta curatori nō reddiderit. h.d. Op. qđ non tantū tutoris, sed ēt eorū hæredes, vt ff. de hære.tu.l. solut. confitendo, ut in gl. Op. de l. tutor.ff. de appelat. solue ut in gl. Opp. de l. ita autē.§. si tutor.ff. de administ. tuto. & d. l. tutor post, infra, arbit.tut. Solu. hic cā erat cepta, ibi ñ.
2 †Quęro quid in curatore, finita cura. & dicit gl. idem, & bene. casus est in l.tuto. unde appella. & ff. de administr.tut.l.ita autem.§ fin. & l. negotiorum.ff. de appel. Respondeo, ut hic. & ibi no. Vltimia gl. inducit hanc.l. ad quæstionem. de qua dixi.ff. de usufru.l. 1. & ibi uide.

Vbi pupilli educantur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ubi educar i debeat.*

LEX PRIMA.

a
1 **Educatio.** a † Pupillus educari dēt apud matrē ad secūda vota non transeuntem. & quādo de hoc est ꝯtentio, iudicis cōmittitur arbitrio: & onus alimētādi pupillum est necessarium. hoc dicit. Et sic tria not. Quæro de rōne, quare non quando uictricum duxit. & dic ut in glu. Contra hoc oppo. gl. qa victricus potest esse tutor, ut ff. de cōtra.iu.tuto.l.fi. & apud tutorem potest alimentari. arg. huius.l. & inf.titu.1.l.1. soln, ut in glo. quod apud tutorem non alimentatur, quando subest aliqua suspicio, vt in casu nostro. Opp. contra ſm respon. quod matri committatur, ex quo uictricum nō duxit, ut in prin. huius.l. Sol. tribus modis, vt in gl. & prima sol. uera, aliās glo. uide per te.

ADDITIO.

a Educatio. Ad hoc facit glo. in c. cum haberet. de eo qui dux. in mat. quam pol, per adul. & uide Ia. de bel. hic. & gl. in c.2. de conuer. in fi.

LEX II.

Vtrum. Vbi pupillus educatur, est in iudicis arbitrio. de eo tñ, qui ei succedere dēt, est iusta suspicio. h.d. Et hoc vltimum no. & signa gl. & attende, qa in matre, non est hęc suspicio, licèt sit prior in succedēdo, ut in l. præcedēti, ī pri.

¶ De alimentis pupillo præstandis. Rubrica.

LEX PRIMA.

Pupillus. Tutor iudicis officio, cogitur alimenta præstare pupillo: licèt pendeat q̄stio de statu suo. h. d. Gl. quærit de duobus, dic, vt in ea.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta pro facultatum modo pupillo præstanda, a prætore taxātur, & n.2.*
3 *Tutor agēs, et pupillū defendēs, copiā inuētarij, nō tenetur aduersario facere.*

LEX II.

1 **Quod plerunque.** †Tutori ꝯsulit̄, ut alimēta pupillo pstāda faciat taxari a ptore. si tñ nō fecerit ea, q legitimè ī eius alimētis īpendit, poterūt
2 ei īputari. Et ī dubio pſumit̄ alitus a tutore. h.d. †No. vltra ī summario, qđ alimēta p mō facultatū sunt pstāda, & arbitrāda, & ītelligit̄ ex redditib. bonorū, nō ex substātia patrimonij, ut ff.e.l. 3.§.1. & ff.ad treb.l. Impator. nec oīs redditus dēt p alimētis, sed aliqd ex eo annuatim psimonizari, vt d.§.j. qđ bñ not. Itē no. qđ
3 interest pupilli ne pādantur secreta patrimonij sui. †Ex quo uř, q tutor agēdo vel defendēdo, nō teneat̄ facere copiā inuētarii
a aduersario. a Sed in ꝯriū facit, qa nō est legitimus: nisi inuentariū ꝯfecerit. iō tenet̄. sed sufficit vsq; ad munerationē rerū, ut dixi in l.tutores.ff.de adm.tu.ibi. Itē no. qđ pupillo īcūbit onus probādi, qđ ab alio recepit alimēta, & nō a tutore. & sic negatiuam hic pbat, & nō actor affirmatiuā ꝯ.l.ei q dicit.ff.d. pc. Sed hoc iō, qa actoris intērio est pbata iuris, & naturę pſumptione. iō ī aduersariū trāsfert̄ onus pbādi ꝯriū. Itē not. qđ factū pſumit̄ factū ab eo q tenebat̄ facere sumptū, ut est hic tutor, q tenet̄ pstare alimēta pupillo. Secus si sumptū facere non teneret̄, qa ab eo q diceret se fecisse, nō pſumeret̄ factū, nisi pbaret, ut l.2.ff. de ꝯdi. & dem.l.cū seruus, de uer.obl. Et ex hoc dixit Bar. qđ cū testator iussisset hæredi quandā statuam, uel anchonam certo loco, uel altare fieri, sub pena centū aureorum, & pena peteretur, qa nō fecisset, si reperitur facta & in loco apposita pſumitur ab eo fa-
b cta b seu ibi apposita qui tenebatur facere. Item no. ex si. quod sine magistro, vel pceptore studioso, qs nō potest eruditus esse in aliqua scīa. Ideo primo dēt quis accipere formā discipuli, quā magistri. Item no. quod sine expensa nōn addiscitur scientia.

ADDITIONES.

a Aduersario. Vide Bar. hic, & clarius ī l.2. quando, & a quibus quar. pars deb. & in l.1.ff. de cur.bon.dā. & adde, secūdum Ang. in l. si uacantia, in 4. col. de bo.vacan.li.10. q uidetur uelle per hunc tex. quod tutor excusetur facere inuentarium, si inutile erit pupillo pandere secreta patrimonij. Vide ad hoc Bar. in l. tutor qui repertorium. in 2. char. de adm. tu.
b Adde ad propositum eorum quæ hic dicuntur, & ulora ea quæ nota in addi. ad Bar. vñ sumpta est in terris hæc apos. q no. Ant. corse. in. suis, in uer. tutor.
c Præsumitur ab eo facta. Vide Bar. in l.2. de condi. & dem. & in l. seruus, uersi. ob. Bal. in l. quod pauperibus, uer. si. supra. de epi. & cle. de quo uide omnino, per Pan. consi.54. vbi pulchre loquitur in casu huius.l.

¶ Arbitrium tutelæ. Rubrica.

LEX PRIMA.

a **Cum tutelæ.** a Non ſm testatoris estimationē, sed ſm veritatē, tenetur reddere rationem. h.d. No. quod quis non potest se facere ditiorem quam sit. Item, qđ verba enunciatiua testatoris non præiudicant alteri, quam hæredi: licèt nec semper hæredi. ut dicam, ff. de testa.l. verba.

ADDITIO.

a Cum tutelæ. Vide Paul. de Cast. consi.367.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia manifesta, est lata culpa.*

LEX II.

Nomina. In exigendis noībus debitorū, tutor tenetur
a tm̄ de lata culpa. a h.d. Et nō. qa regulariter le
1 uis culpa non uenit, vt ff.e.l. qcquid. †No. q manifesta negligentia est lata culpa. scripsi in l.si nullā.ff. de pig.act. Super tex. ibi curabit, dic poterit tñ tutor tunc petere, ut sibi cedatur actio. ut ff. de sol.l. stichū.§. pe. & ff. de adm.tut.l. tutores. q.§. pupillo.

ADDITIO.

a De lata culpa. Adde Soci. consi.2. in ci. sequendo ordinem. ver. est enim regulare, circa medium. 1. col. in 1. parte, char.3.

LEX III.

Curator. Minoris est electio, utrum petat rem emptā ex pecunia sua, licèt non nomine suo, an pecuniā ipsam cum vsuris centesimis. h.d. Quod not. pro intellectu. l. ut proponis. supra. de rei ven. ubi uide, qđ scripsi. Glos. uide per te.

SVMMARIVM.

1 *Suus ab hæreditate se abstinens, creditoribus non tenetur.*

LEX IIII.

Eum qui. Licèt minor consequi possit, uel consecutus fuerit dānum ibi illatum a tutore, eo a paterna hæreditate abstinente, non ppea potest ipse a creditorib. hęreditatis ꝯueniri. h.d. Et rō ponit in gl. qa illud damnū est dedu
1 cto ære alieno. Not. quod suus abstinens ab hæreditate, cre-

 ditoribus

ditoribus nō tenet.Fallit in casibus nō.in gl. 3. quam uide.& dicetur.j.de repu.hære.l.fi.Per istam.l.dicit Iaco.de Ra.quod filius qui facit pacem cum occisorib.patris,non tenetur creditoribus paternis,si ab hæreditate patris,se abstinuit. ad quod facit. ff. de sepul.uiola.l.quæsitum,&.de acq.hære.l.pro.herede.& ad l.fal.l.3. & ff.de his qui.de.uel effu.l.si plures.§.hæc autem actio. Sed in dicto.§.hæc autem actio.dixit Odo. quod si statuto cauetur quod bannitus non exiret de banno, nisi habeat pacem ab hæredibus occisi,quod filius faciens ei pacem, uidetur hæreditatem agnoscere,ut d.l.pro hęrede.quod non puto,si simpliciter facit, ut filius,quia hoc citra ius,& nomen hæredis facere potuit.

LEX V.

Omnes. Tutores omnes, & eorum hæredes coram eodē iudice debent conueniri ex causa tutelæ.& idem iudex delegari.hoc dicit.Ratio ponitur in gl.ne causæ continentia diuidatur.l.nulli.supra,de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Minor venditionem inualidam a tutore factam ratificare potest.*

LEX VI.

1 **Cum interdictè.** † In electione minoris est ratificare uenditionem inualidam a tutore factam. & precium iustū,licet uiliori sit uenditū, iure cōi petere ab ipso uendente.& posta ad alios peruenire. & si oēs tutores pariter uendiderint unus insolidum conueniri pt, sed eo conuento,sunt contra alios cedendæ actiones. Nota quod frustra precibus imploratur, quod a iure cōi conceditur cōceditur concor.j.de thesau.l.una.lib.10. Secundo not.quod factum potest approbari,qualitate reprobata.imo, & simplici approbatione facta,non dicitur qualitas eius approbata.

SVMMARIVM.

1 *Tutor,vel curator de quo damno teneatur pupillo,& numero.2.*

LEX VII.

1 **Quicquid.** † Tutor,uel curator, nedum tenetur de dāno illato,sed etiā de lucro omisso,& in actione tutelæ,uel utili actione ne.ge.uenit ēt leuis culpa.h.d.de leuis-
2 sima,& lata,dic,ut in gl.1.† Quærit glo.quid si tutor induxit testatorem ad relinquendum sibi,quod uolebat relinquere pupillo,& dic,ut in ea.in eius fi. adde. & hāc ultimam partem tenuit Mar.sil. dicens tutorem teneri pupillo ad interesse. argum. in authen. ut nulli iudic. §. & hoc peruenit. collatio. 9. & hic & argumen. eius, quod no. in authen. ut cum de appellatio. cogno. §. si coniunctum.quod est uerum si tutor fraude,uel dolo id fecerit.Si autem blando sermone id fecerit, tunc non teneť: ar.si quis aliquem testa.prohi.l.fi. & quia potest utilitatem suam præferre utilitati pupilli, ut ff.de in litem iuran.l. uideamus. §. sed nec tutor,& de administratio tuto.l.lucius.§.sempronia. Nō ob.j.e.ti.l.tutor.§.non ferendus.hic allega. quia loquitur in casu dubii.Sed ubi certum est,quod si facit commodum pupilli,non potest suum facere,tunc potest suum præferre, ut dixi secundū Cy.& doc.

LEX VIII.

Tutores. Actioni tutelæ non præscribitur, longo tempore.hoc dicit.

LEX IX.

Tutorem. Contra tutorem debet pupillus agere non contra eum qui indemnitatem promisit.h.d. Quærit gl.an tutore exacto, poterit agi ɔ̄ illum qui indemnitatem promisit.& dic,quod sic.ut in ead.

SVMMARIVM.

1 *Tutor,an præsumatur quærere de bonis pupilli.*
2 *Vxor marito quærit,non sibi.*

LEX X.

1 a **Si defunctus.** a† Quęsita a tutore,tutela durante,non præsumuntur quęsita de bonis pupilli. ideo non potest ea uendicare,sed tutelæ iudicio agere debet. h.d.No.quod quis pręsumitur locupletari,quotidie,& ex eius industria quærere. & sic non sequitur, olim quis quis fuit pauper, ergo hodie: quia præsumitur locupletior fieri quotidie.
2 † Item no. quod quæsita ex industria,& opera uxoris,efficiūtur mariti,ut probatur hic in prin.& est ratio, quia tenetur operari uiro,a quo alimenta recipit,ut l.sicut.ff.de ope.libe. Vltimo glo. induxit.l.istā in ar.ut filius qui quærit,patri nō quærit.Sed ego dico,quod ista.l.potius facit,ut quærat, ut dixi de uxore. tū de qōne,& materia latius dicā in l.cū oportet.prin.j.de bo.quæ lib.

ADDITIO.

a Si defunctus. Vide per Bal.in c.1.de contrquer.inter do.& vas.in uersic.seu. & ad istum tex.adde l.si creditores.in fi.de separa.bon,facit ad ea quæ habentur per d.Alexan.de Imo.in l.etiam.s.de bo.dam.

LEX XI.

Tutor. Administrata post finitam tutelam,priorib.cōnexa ueniunt in actione tutelę, h.d. Quæro quid si non sunt ɔnexa.Rñdeo,ut in prin.gl.sqđ ueniūt in actione neg. ge. & si tutelæ,ut l.si tutor post,ubi casus.ff.de tu.& ra.distr.Quæro, an perseuerare teneatur.Respon. ut in glo.Quęro si a connexis cessauit ad tempus.& postea reassump.dic ut gloss. ¶ Quęro de exemp.is connexorum,dic,ut in sequen.gloss. Vltimo uide quę dixi in l.cum actum.§.de neg.gest.

LEX XXII.

Tutelę. Vide per te hanc.l. Bartholomeus. de Salyceto.

SVMMARIVM.

1 *Confessio erronea,extra inuentarium facta,an præiudicet,& an facta in iudicio.& nu.seq.*
3 *Testator,an possit tutori inuentarij confectionē remittere.& nu.5.*
6 *Testator,an possit prohibere inuentarium fieri,stante statuto,quod omnes tutores illud facere teneantur.*

LEX XIII.

Veteris. Confessio profitentis maiorem esse quantitatē patrimonij pupilli,q̄ sit, nō p̄iudicat sibi,nisi in-
a uentarium fecit scribi, quia tunc probatio in contrarium a non
1 admittitur.h.d.& multū notanter.† Quero cōfessio erronea ex inuētarium facta sibi nō præiudicat.an sit verū si sit facta in iudicio.Glo.prima,hic dicit extra ius, quasi forte dicat in iudicio preiudicat.quod Petr.non placet, quia tex. iste dicit vbicunque. & sic iudicio,vel extra.Gl.vult,quod extra iudicium,ipso iure nō præiudicet.qa parte pręsente non est facta. Sed in iudicio præiudicat ipso iure: quia absentia pupilli, iudicis p̄sentia repletur. Veruntamen poterit tunc probare confessionē erroneam fuisse,quo probato sibi non præiudicabit.ut l.error.s̄.de iuris,& facti igno.sed ubi sit facta in inuētario, non admittitur probatio in ɔ̄rium.ut hic.Contra,quod opp.gl.de.l.cum precibus, supra. de toto ti.plus valere, quod agitur &c.Gl.soluit primo quod ibi fuit ignorans,quod nō placet,quia titulus plus ualere, quod agitur,loquitur etiam in sciente Secundo igitur dicit quod speciale est in inuentario,quod conficitur cū magna soleunitate.Sed Iacob.de Rauen. & Pet. dixerunt quod idem esset in quocunq; publico instrumento,quod aduersarius cōfiteretur factum voluntate sua,vt s̄.ad Vellei.l.antiquæ.§.ad hæc.quod non videtur tutum,qu.a confessio apud acta,habet uim publici,& solennis īstrumenti.argu.j.de test.l.oīum.& tū ɔ̄ eam p̄t probari contrarium,ut hic,in prin.& supra.de iur.& fac.igno.l.cū falsa. Itē qa.l.cū precib.loqtur indistincte.Ad l.antiquæ.rñdeo, qđ & ibi est
2 speciale,ut ibi dixi.Quæro,an hæc.l.loquatur etiam in immobilib.Videtur,q non,qa iste tex.dicit quantitatē &c.Sed dic ɔ̄riū, qa nō simplr̄ dicit,sed cū adiuncto,dicēs quātitatē substātiæ suæ &c.sic de omni substātia loqtur,& forte ēt ideo dicit quātitatē, ad denūciandū,qđ nō solū res,& substantia pupilli dēt in inuētario describi,sed ēt rerū estimatio,ne uilis precij, pro alia maioris precii,postea restituať,& sic pupilli fraudētur,qđ frequenter euenit.& uidetur mihi probari,infra,de magistra.ɔue.l.fi. &
3 si hoc iure nō caueť,æquitas suadet.† Quero,an p̄iudicet tutori si reperiť aliena.i.cuiusdam tertij? Dic,qđ nō,ſm Iaco.de Rauē. se sibi tutori,cū uelit dicere suam,vel alienā, illo, nihil dicē re, qa lex p̄sumit ita esse,& fuisse,vel saltē tūc pupillo eā donare voluisse.licèt idē Iac.de Rauen.intelligat istam.l.in rebus mobilibus tantum,quę occultantur.

ADDITIO.

a Probatio in contrarium. Adde do.Soc.consil.62.inci.in præsenti consultatione.uer.circa primam.q.in 1.parte.char.106.vbi hoc idem inducit,& allegat. & ad istum tex.uide Bal.consi.273.2.lib.And.sicul.consi.68.Io.and.in add.ad spe.in ti.de instr.edi.§.dicto.circa prin.& ad intellectum huius text.uide qđ not.Bal.in l.testium.in 1.col.supra.de testi.

§. Illo proculdubio. a Tutor,vel curator ante administrōnē ei decretā,& cōfectionē inuētarii sibi a testatore nō remissi, nō p̄t administrare,& inuētarū nō ɔficiēs remoueť,ut suspectus,nisi testator remiserit.h.d.Et attēde,qa,& tutor alia facere dēt,antequā administret.q̄ scripsi in l.tutores.s̄.de admi.tut.ubi vide.Not. qđ tutori ēt testārio dēt p iudicē prius decerni administratio.& idē ī quo
4 cūq; alio.†Not.qđ ēt inuētarii ɔfectio p̄t remitti p testorē.Contra qđ facit,qa tutor ad hoc faciēdū astringiť a lege.vt d.l.tutores,& sic vr̄,q testator non possit remittere.vt l.nemo possit.ff. de lega.j.Sol.qđ qñq; remissio, quā testator facit,est iuris publici autoritate,&utilitate,& tūc remissio nō valet,vt in ɔ̄rio.Quādoque est iuris publici autoritate,sed nō utilitate:& tūc aut illa remissio p̄t esse damnosa testatori tantū, & ualet. vt.l.2.j. ut in pos.Aut hæredi tm̄,& nō valet, vt l.1.supra de vsufru.Aut dubitať,& valet,vt hic,qa p̄sumptio est,qđ in fauorē hæredis fecerit, ne pompa sui patrimonii manifesteť,secūdum Dy.Sed Martin⁹. sil.intellexit istā.l.etiam insectante, ideo nō remittente.ut j.dicam.† Quęro,an testator cuilibet tutori etiam legitimo,uel datiuo quem contingeret filium suū habere cōfectionem inuentarii,possit remittere.Dic,quod sic,quia in omnibus est eadem ratio.secūdū Cy.& hoc uidetur gl.tenere in d.l.tutores:& ita communiter tenēt doc.Addit tamen.Marti.Sil.quod si testator remissionem istam fecit,errore ductus, ut quia putabat vtile fore pupillo si pōpa rei familiaris detegeret. vt l.2.j.qū & quib.quarta pars debet.tūc,quia cōsiliū nō est salubre,nō est tenendū. ut ff.de ɔfirmat.tut.l.utilitatē.Aut nō est duct⁹ errore,& tūc refert. Aut cā noua supuenit,vel nō,ut d.l.utilitatē.& l.in ɔfirmādo, & torum

ADDITIO.

a Illo, proculdubio. Ad materiam istam vide quę dixi in apst.meis supra, l.in tutores.de admi. tuto.

totum hoc remittit in iudicis arbitrio, q vtilitatem pupilli concernat.Nec ob.hæc.l.quia inducta est ad fauorem pupilli, ideo ī eius lęsionem non debet retorqueri: & sic iudex si vtile viderit
6 esse pupillo,debet mādare tutori,vt conficiat inuentariū.† Quę-
a rit Cy.si statuto cauetur a ut omnes tutores teneantur cōficere inuentariū,an tunc per testatorem remitti,vel prohiberi possit Et inqt quidā vt Mar.sil.dixit,q prohiberi potest,vt hic;sed non remitti,sicut nec ius publicum.ar.ff.de admi,tuto.l.quidam decedens.ff.de pac.l.si vnus.§.illud.Sed Cy.non placet ista differentia.& nihil allegat,sed pro eo facit, quia siue testator prohibeat exigi cautionem a fructuario,siue illam remittat ei,idem est effectus,vt patet,s̄.de vsufru.l.j.& j̄.vt in pos.le.l.scire.Sed fateor illud verū in vsufructuario,quia ad unum effectum tendit vtrunque.Sed in casu nostro mihi vr̄ aliqua differentia. Nam testator vetando,vr̄ directe facere ob vtilitatem pupilli, forte ne propter creditores patrimonium pupilli propaletur,vt s̄.de ali.pupil.pręstan.l.j.& fi.& ff.ad tertul.l.2.§.tractari.Sed remittendo, vr̄ facere, vt tutorem exoneret, & facilius eum ad tutelam alliciat. & sic non tam fauore pupilli,quam tutoris.ideo notanter tex. iste vsus est verbo vetuerit: Et sic cū casus iste exorbitet a regula,in suis meris terminis debet restringi.Ex quo apparet aliqua diuersitatis ratio. Vbi igitur simpliciter remisit, videntur habere locū dicta in pręcedenti quæstione.Quia tamen cōmuniter doc, nō faciunt istam differentiam, cogita in prædictis. Respondendo tū ad quęstionem dico, quod ex quo statutum non plus inducit,quam ius commune, & statutum ipsum recipit limitationē a iure cōmuni.vt l.2.s̄.de noxa.& l.Cesar.ff.de publica.& ideo dicendum,quod testator potest prohibere,vt hic.sed vbi simpliciter remittit habent locum quæ dixi.Vltima glo.quęrit,an hæc p̄sumptio suspecti, sit iuri,& de iure.& dicit gl.quod sic,quia est violenta pręsumptio. sed, an quælibet persona remouebitur ex hoc,vt suspecta.& dic, vt in ea. & prima solutio est communis.

ADDITIO.

a Si statuto cauetur. Adde vltra ea quæ nota.Bal.in hac l.nu.5.versic.quęro nunquid iste versi.habeat locum.eundem Bal.in l.fin.§.cum igitur,de iure delib. eundem consi.275.volu.2.& And.sicu.consil.69.& Ang.consi.175.

De diuidenda tutela, & pro qua parte quisque conueniatur. Rubr.

LEX PRIMA.

Si post. Tutor non tenetur ex facto contutoris, qui fuit soluendo tempore depositæ, siue finitę administrationis.hoc dicit.Sal.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quilibet quando possit insolidum conueniri.& num.seq.*
5 *Tutores omnes quando pariter de neglectis teneantur.& nu.sequen.*
9 *Tutor non gerens,an semper post magistratum,& non ante conueniatur.*
10 *Tutores si tutelam diuiserunt, quem voluerit conueniet minor.*

LEX II.

Si diuisio. Diuiditur in tres.Primo quando nulla est facta diuisio.Secundo quando est facta a testatore, vel a iudice. Tertio quando a tutoribus vel curatoribus inter se tantum.Secunda ibi,in diuisionem.Tertia ibi,si vero &c.Quæli-
1 bet partium subdiuidi potest,sed omitto.† Casus.Si administratio tutelæ,vel curę non fuerit diuisa, uel ab ipsis tutoribus, uel curatoribus diuisa fuerit, potest quilibet eorum cōueniri insolidum.secus si fuerit diuisa a testatore,uel a iudice,quia quilibet teneť pro parte,nisi in casibus hic positis.h.d.No.istos tres casus in quibus quilibet potest cōueniri de administratis ab alio, licet diuisa fuerit administratio.Item no.ibi,uel tardare &c. quod paria sunt non facere, uel tardare seu tempore incongruo facere. Itē nota,quod actiones sunt cedendæ exacto,ut in primo,& ultimo casu:nisi fuerit in dolo. Et sic no. quod beneficium cedēdarum actionum,non datur doloso,ut in gl.Venio ad apparatum. &ſm, quod sunt partes legis ita diuidam materiam. Prima igiť pars loquiť, quando non est diuisa administratio; & plures tuto-
2 res sunt in eodem loco,uel prouincia.† Quæro quid si sint in diuersis prouincijs.dicit gl.j.quod secus esset per istum tex.a sensu ɔ̄rio.& per.l.2.de peri.tuto.Aduerte q.ll.allega.in gl.loquuntur quādo est diuisa administratio per prouincias:& ita non fuit necessaria ista gl. super prin.isto,uerū si quis habens patrimonium in diuersis puincijs,simpliciter relinqueret duos, uel tres tutores filio suo,omnes essent insolidū tutores uniuersi patrimonij, ut dixi s̄. ubi pe. tuto.uel curator.& haberet locum principium huius.l per eos non facta diuisione:uel finis huius l.facta per eos
3 diuisione.† Quæro 2.non facta diuisione, an hēt adolescens electionem,ut hic in litera,quem eorū conueniat.dic,ut hic in litera. Sed nunquid est uerum, siue oēs gesserunt,siue nullus. Rñ. glo.quod sic.& bene dicit qa oēs sunt in pari dolo,uel culpa.Sed tunc dubiū insurgit,an conuentus insolidum, habeat beneficiū
4 diuisionis,uel cessionis,& de hoc dicetur in sequen. gl. † Quæro 3.non facta diuisione unus tantum gessit,& nō alius,quid iuris, Respondet glo.de gestis primo,conuenitur gerens,eo non existente soluendo,magistratus:& post magistratum conueniť cōtutor,qui non gessit.De neglectis vero,quia nō omnia gessit ille, quilibet tenetur insolidū. quia in illis qlibet est in pari culpa, ut dixi,sed in gestis non est par culpa, tam in tempore quā in latitudine,seu quantitate culpę.In tempore enim p̄cedit culpa gerentis. ideo primo conuenitur.Item maior est eius culpa(qa cōmittendo commissa)quam non gerentis,cuius culpa est ī negligendo tantum, ut in fin.nota.in l.si mora.ff.solut.matri.merito de gestis conuenitur gerens,ut infra, de hære.tu.l.pater. in fi.inf. si tut.non gesse.l.fi.& ff.de admi.tut.l.tutores, qui.§.in eum. & l. tres tutores.§.item in eo.Aliam rationem assignat gloss. quam
4 per te uide,in l.fi.circa prin.ff.rem pup.sal.fore.† Sed ultra glo, attende id,quod dixi,quod de neglectis, pariter omnes teneniť, habet locum, si neglecta sunt prorsus separata a gestis. aliter si gesta sunt connexa,pars gestorū,vel inchoatorū geri cēsseť:ergo de his gerēs prius conuenitur.ut d.§.itē in eo,qđ tene cordi. Itē attēde, qđ p̄dicta sunt uera in casu simplicis ɔmissionis ipsi⁹ cōtutoris.sed in casu in quo non gerens cōmisit, vel mandauit administrationē cōtutori gerenti,tunc qa cōmittens,vel mandans dr̄ per illū gerere,ut l.ita aūt.§.gessisse.ff.de admini. tu.& l. tres tutores.§.nō solū,j̄.e.ti.& si perinde teneať ac si per se gessisset,nō habebit tunc locū beneficiū ordinis: sed poterit quem uolet conuenire reseruatorū,cōuento beneficio diuisionis, & cessionis,ſm qđ.j̄.dicam.Non est.n. simplex permissio mandatū,vel cōmissio,ut ff.de his qui no.infa.l.ob hęc uerba.in fi. cū si, ibi no.& ff.man.l.idemq;.§.sed & si qs.iō nimirum, si aliud simplici pmissione,aliud in mandato,uel cōmissione.Itē qđ gl. ista dicit,ut post magistratū ɔueniatur, non gerens, & nō añ. Fallit quandoque.ut dicā in 7. q. Itē quod gerens prius conueniatur, non habet locū in curatore bonorū, quando sponte datur, ut
5 no.j̄.in glo.fin. † Quæro modo.4.cum glo.seq. dicitur hic,quod conuentus potest petere,ut sibi cedātur actiones,sed an habeat alia beneficia?dicit gl.qđ sic,qa si soluēdo sunt diuidiť inter eos actio,& sic habet beneficium diuisionis,ut ff.de tu.& ra.di.l.1.§. nunc tractemus.in prin.Similiter soluēs,utilē hēt sine cessione vt in e.§.nūc tractemus,in fi.& j̄.de ɔ̄.iu.tut.l.2. Sed statim contra istam opinio.glossę uidetur,q non habeant beneficium diuisionis.d.l.fin.ad fin.ff.rem pu.sal.fo.Et respondet glossa, quod aliud est in fideiussoribus,in quibus distinguitur. Aut sunt fideiussores alterius,quam tutoris,vel curatoris:& illi habent beneficiū diuisionis,aut sunt fideiussores vnius tutoris,& illi non habent beneficium diuisionis,ut in contrario.& ratio diuersitatis ibi ponitur in tex. Vbi autem sunt plures fideiussores quorum vnus esset unius tutoris,& alter alterius,tūc eis competeret beneficiū diuisionis,ut ff.de fi. tuto.l.pupilli.Et hoc suis principalibus existentib. soluendo. & est tunc ratio, quia sui principales hoc beneficium haberent, ut ibi in litera dicitur. Nec ob.ei qđ dixi,quod plures fideiussores unius tutoris, non habent beneficium diuisionis,ut ff.de fi.tu.l.si fideiussores.ubi dicitur,quod diuisionē implorare possunt,quia ibi ex antiqua, secus si ex noua cautione conueniuntur,ut hic,& ibi in glossa.& est expedita gl.
6 vsq; ad uer.& no.†Sed ab extra op.quia si habet utilem actionē nego.gest.sine cessione,ut d.§.nunc tractemus, inutiliter,& superuacuo petit,ut sibi fiat cessio,Sed respondeo,qđ nō propterea cessio est inutilis vel superuacua:quia per eā transfertur exercitiū directe. & possibile est obstare exceptionem in una, & nō in alia,ut not.in l.quoties.§.i.ff.de admini.tuto.hanc tū vtilē sine cessione,nō hēt fideiussor contra fideiussorē,vt ff.de fide.l. fideiussor.& rationē diuersitatis scripsi,supra, de transactio. in
7 ul.q.l.j.†Quæro 5.cum gl.in casu in quo omnes tenentur insolidum.Pone,quod ex eorum dolo cōueniuntur,an tūc habebūt prędicta beneficia.& omnes fatentur,quod nō beneficium cessionis,nec utilis actiones sine cessione propter eorum dolum. vt.l. si plures. ff.de administra. tuto. sed de beneficio diuisionis fuit altercatio inter Hugo.& Azo.Hug.n.eis concessit,sed Azo. denegauit, & pro eo ur̄ casus in l. magistratus.ff. de magi.cōue. Opin.Hugo.approbauit glo.in l.j.§.nūc tractemus.uer.pla.ff.de tut.& ra.dis.l.2.s̄.de trāsactio.& eā cōiter tenēt doct.& dicūt esse casū in d.l.si plures,& rōnē diuersitatis scripsi in d.l.j.s̄.de trāsactio.in antepe.q.vbi vide.Quęro 6.ab ex̄. in quantū sibi dēant cedi actiones,& glo.dixit pro parte,& not.j̄.de ɔ̄rio iu.tu.l.2.sed
8 latius ibi dicā.†Quęro.7.ut dixi.s̄.una cū gl.qđ nō gerēs cōueni-
a tur post magistratū.a an hoc semp sit verū,vt non ante ɔueniať. & glo. fi. hic posita dicit,quod qñq; ante magistratū,post gerentem conuenitur,puta quando alium facere debuit suspectum, vel tradi fecit,uel collusit.& allegat suas leges,quæ clare hoc nō probāt:& ideo gl. vacillauerunt in l.j.§.vsq; adeo.ff.de tu.& ra.distra.Sed post in gl.magna ibi posita in distinctione tenet,qđ his casib.ante magistratū conueniať,non gerens. imo etiam addit ibi quartū casum,si nō exegit rem pupil.fa.fo.cum uideret eum fieri

ADDITIO.

a Conuenitur post magistratum. Tu uide de hoc,& an & quando prius conueniatur magistratus,quam tutores.Lud.Ro.sing.298.quod inci. scis,quid ubi sunt plures tutores, de quo per Bart.in l.lucius.§. ex testō. ff. de admi. tuto.

fieri non soluendo.& istam partem sequuntur doc.& ego eã teneo ista rõne,quia si ibi est diuisa administratio a iudice in casibus tenetur,& ante magistratũ conuenitur,fortius debet cõueniri posse in eisdem casibus ante magistratũ,quando nulla facta est diuisio propter communionẽ periculi.ut in hac l.Nũc expedita prima parte,transeo ad secundã. Quæro tex. iste ponit tres casus in quib. diuisa administratione a testatore, vel a iudice,de periculo vnius tenetur alter,an sint alii casus:dicit gl.qđ sic,duo alij,quos vide in gl.super verbo prouiderũt.† Trãseo ad 3.in qua dr̃,ꝙ si tutores inter se diuiserunt, quod adolescens habet electionem conueniendi quem uelit insolidum,& sic etiã pro non administratis a se.Sed in cõtrarium facit,j̃.de conu.fi.debi.l.qm̃ augurio.lib.10 & j̃.quo quisq; ord.conu.l.2.& l.fi.li.11.ubi prius conuenitur gerens,etiã si inter se diuiserunt,ꝙ̃ collega,imo etiã nominator prius est conueniendus.Sol.ut in gl.quod hic in pluribus tutorib.quorum officium licet sit authoritate publicũ,tñ utilitate est priuatum, ibi in pluribus administratorib. reipubl. quorum officium est etiam utilitate publicum,ut in gl. Et hanc dr̃iam inter tutores,& administratores reipub. ad literam facit tex.ff.de adm.tut.l.Lucius §.sempronii,& ibi gl.nec ibi,nec hic, nec alibi assignauit rõnem diuersitatis.Et quidam dixerunt, qđ administrator publicus magis grauatur, ideo in alio releuatur arg.l.cum qui.ff.de iureiur.grauatur enim,quia j̃.10.dies debet appellare.ut j̃.de appel.l.hi qui. tutor autem usque ad quinquaginta dies,potest se excusare,ut insti.de exc.tut. §. qui autem.qa habet plura expedire quam tutor.ut eo.ti.§.si maior.& j̃.qui ue.eta.impe.l.1.lib.10. Sed trussa est quia releuatio debet esse circa idẽ.Vnde dicit,quod ratio est,quia administrator publicus,non potest gerere per alium,vt j̃.de cur.l.nullus. lib.10.& j̃. de agen. in rebus.l.agentes.in fi.lib.12.tutor sic,vt ff.de admi.tut.l.ita aũt. §.gessisse. Ex quo sequitur.quod quãdo tutores diuidũtur, vnus per alium gerere videtur. ideo in electione pupilli facti adulti est eligere quem velit,vt hic,& idem si vnus tantum gerit ex cõmissione alterius, vt s̃.dixi. sed hoc non sequitur in administrationibus publicis:cum vnus per alium gerere non possit.iõ pro eo,quod quis gessit diuisim cõuenitur,ipse,& eius nominator, vel fideiussor, priusꝙ̃ collega,in casu quo collega teneatur, quẽ regulariter pro gestis ab alio dico non teneri.Fallit in trib.casibus hic in secunda parte literæ positis,qui nedum in tutorib. locum habent,vt hic.sed etiam in administratorib.reipublicæ, ut ff.de admin.re.ad ci.perti.l.fi.§.antepe.& ita notat glo. in d.l.qm̃ augurio.& adde,quod ibi no.& ẽt.l.Imperatores,ff.de admi.tut. Vltimo gl.distinguit.& dic,ut in ea.& latius eã declara ut s̃.dixi.

LEX XIII.

Licèt. Pacto tutorum non obstante,prius conuenitur gerens,& eius heredes, quàm non gerens. h. d. Not, quod actio tutelę transit contra hæredes.

De in litem iurando. Rubrica.

¶ Continua, vt in gloss.

SVMMARIVM.

1 *Tutor adulti volens in litem iurabit.*

LEX I.

Aduersus. Contra hæredem tutoris,ob dolum, vel latã culpam instrumenta non restituentem, iu-
1 ratur in litem.h.d.† Not. quod curator adulti,iurat in litem,sed demum volens,vt hic.in fi.& ff.eo.l.uideamus. & debet se referre ad vtilitatem adulti,non propriam vt ibi.Quod declarans gl. inquit quod iurabit,,quod pro tanto adultus nollet re illa carere,quod ibi fatetur Bart.in curatore adulti, quia adultus potest per se ipsum iurare,ut ibi in versiculo adolescens vero,sed in tutore pupilli dicit formam istam non procedere,quia cum pupillus non habeat affectionem,ut ibi,in princ. & ff.de iureiuran.l. qui iurasse,tutor sic iurando,caderet in periurium. Dicit ergo quod hæc est forma ut iuret, quod si ipse tutor esset eius conditionis cuius est pupillus, nollet carere tali re pro tanto. sed hęc forma est peior prima,quia se refert ad propriam affectionem, quod est contra illum tex.Secundo,quia si tutor esset illius conditionis,cuius est pupillus:nec ipse affectionem haberet, & sic nec iurare posset.ideo gl.bona in modica suppletione, ut iuret quod pupillus si affectionem haberet, nollet,i. velle non deberet,carere illa pro tanto. Vel aliter,& sic si pupillus esset discretionis,cuius ego sum,ipse nollet pro tanto re illa carere,Vltima apponitur,ut in gl.secunda, & solue ut in ea.

SVMMARIVM.

1 *Iurare in litem,an quis possit inuitus.*
2 *Fraus,an differat a dolo.*

LEX II.

1 Is qui. † Nemo inuitus iuret in litem, & contra hæredem tutoris,ẽt si sit hæres hæredis ob dolum, vel latam culpam non restituentem,aliter per iudicem de veritate inquirit. h. h. Not. ꝙ contra hæredem tutoris contumaciter non restituentem,iuratur in litem.ut hic,& ff.eo.l.si tutor. No. quod iu-
2 ramentũ in litem,est affectionis,non ueritatis.† Opp.sic, tex.dicit,si neq; dolus,nec lata culpa,nec fraus, & sic ponit fraudẽ per diuersam speciẽ a dolo,uel culpa lata.sed hoc ẽ falsum, qa fraus est species doli.ut ff.de pac.l.iuris gentiũ.§.dolo.ergo &c. So.cõfitendo,& declarando in quo fraus differt a dolo,ut in gl. añ pe. Op.si hic fraus sumitur pro dolo palam commisso, ergo hæres tutoris tenetur de dolo,& lata culpa.quod uidetur ꝯ.l.alio,j̃.eo. ubi uidetur,quod de solo dolo;licet tutor de dolo,& culpa. Sol. quod quidam confitentes dicebant,quod hæc l.in prin.vsque ad uersi.si uero,loquitur in hæredẽ.& postea mutat casum,& loquitur in tutore,ut gl.pe.in prin.quod gl.probat,quia tota hæc.l.in hærede loquitur,ut ex donglutinatione literæ colligitur. Ideo gl.aliter soluit,uidelicet,quod contra heredem iuratur propter dolum,& latam culpam,ut hic.& ita debet suppleri.l. alio.secundo respon.contra tutorem uero,etiam leuem culpam.& ita debet intelligi dicta,lex,alio in prin.Sed tunc oppo.quod nec propter latam,& minus propter leuem iuretur in litem.ut ff. e.l. videamus.§.fin.& l in actionibus.uer.sed in his omnibus. So. quod speciale est in actione tutelæ,ut no.j̃.eo.l.alio.

LEX III.

Summa. Minor non potest remittere pacto condemnationem secutam,iuramento in litem præstito.h. d.Quæro quid in maiore,& dic,quod potest, & rationem diuersitatis dic,ut in gl.

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem,ob culpam leuem contra tutorem.*
2 *Interesse singulare, an veniat quando iuratur in litem ob culpam, & non ob dolum.*

LEX IIII.

Alio. a † Contra tutorem, etiam propter leuem culpam iuratur in litem,contra uero tutoris hæredem, propter dolum & latam culpam tantum, nisi lis fuisset contestata cum tutore defuncto,quia tunc contra eius hæredem iurabitur, pro pter leuem eius culpam.hoc dicit. Oppo. quod propter culpam non iuretur in litem.ff.eod. l. uideamus. §. fina. & sic nec leuem nec latam.vt no.infra,eod.titu.l.in actionibus.Solu,quod hic est speciale,quando agatur actione tutelæ.& ideo iste titulus positus fuit in tractatu tutelarum.Oppo.2. quod heres etiam teneatur de lata culpa,ut s̃.ea.l.is qui.Sol.confitendo,& supplendo, vt in gl.Opp.3.de l.j̃.proxima.ubi ex dolo defuncti,non iuratur in
2 litem.Sol.vt in gl.quod hic de dolo heredis.† Quæro in casu quo iuratur in litem propter culpã,& non propter dolum,an veniat singulare interesse vel commune, id est an iurabitur super interesse commune, & sic non affectionis. an super singulari, & sic affectionis.& dicit gl.super communi tantum. ut ff. eod. l. 2. §.1.& hoc secundum Azo.Sed caue,quia Iohannem. intelligit illum text.utibi non iuretur,sed per testes,interesse probetur, vt ibi in 2.gloss.no.sed illud dictum intellige,ubi aliàs non permittitur iurari in litem:aliàs si permittitur,tunc interesse per sacramentum probabitur ut ibi in glo.no.Sed istam glos. tene cordi. quia contra Azo.prima facit,quia,ex quo est speciale in actione tutelæ ut iuretur in litem ob culpam sicut ob dolum, uidetur ꝙ sic,ob dolum iuretur super interesse singulari,ita etiam super interesse iuretur ob culpam,sed non est ita secundum Azonem.

ADDITIO.

a Alio. Bald.hic inducit hoc.l.ad hæc,vt hæres tutoris non præsumatur habere codices rationum,nisi probatur.& de hoc per Bald.in l.fina.in princ.sup. de fi.instru.& in l.si.quis,ex argentariis.§.prætor.ff.de eden.Imol.in c.præterea. extra de vsu.& Ange.in dispu.astensis miles,ad fi.

LEX V.

Licèt. Ob dolum proprium non tutoris, contra hæredem iuratur in litem.hoc dicit Gl.vide per te.

De heredibus tutorum, vel curatorum. Rubrica.

Viso de principalibus, videndum erit de eorum heredibus.

LEX PRIMA.

Heredes. Heredes tutoris, non tenẽtur ex leui culpa defuncti, nisi in tribus casibus hic expræssis. h. d. Not. quod ex dolo, & lata culpa defuncti, & non ex leui tenetur hæres,concor.sunt in gl.Bartho.de Salyceto.

LEX II.

Pater. De non gesto a tutore,tenetur hæres.h. d. Collige ex tex.ꝙ cessatio est dolus,& lata culpa.ut in gl.quam signa. Oppo.quod non utili,sed directa.ut ff.rem pu.salu.fo.l.non quasi.§.1.Solu,vt in gl.

LEX III.

Aduersus. Hæredes tutoris tenentur de eo,quod defunctus a se,uel ab alio non exigit.hoc dicit. vide per te.

Heredes,

LEX IIII.

Hæredes. Hæredes tenentur ad eos pernenta restituere,& de neglectis a defuncto rationem reddere.h.d.Contra.hoc vltimum opponitur, de l.j. supra eod. Sol. quod hæc secundum illam &c.

Si tutor non gesserit. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tutor per alium gerens quando teneatur.*

LEX PRIMA.

a Certum. a Tutori ẽt non gerenti,imputatur,si contutorem suspectum non fecit. & libertus qui non potest patronum de suspecto accusare,non prohibetur iudicis
1 officium implorare.h.d.† Gl.j.dicit,quod qui per alium gerit, nõ tenetur nisi omiserit illũ facere suspectũ.sed male dicit, quia de gestis ab illo,ex cõmissione uel mandato tenetur,non si ex permissione simplici,ut dixi.s̃.de admini.tut.l.2.in 3.q. nec l.si procuratorẽ.§.si tutores.ff.man.ꝯdicit.sed forte gl,est corrupta.Cõtra secundam partem oppõ.gl.de l.quæsitum.ff. de in ius vocan. Sol.ut in gl.Vltimo hæc.l.allegatur.quod damnatus de crimine publico per inquisitionem,& sic ex offi.non fit infamis. & not. in l.3.§.præterea.ff.de suspec.tuto.& idem videtur sentire gloss. supra de suspe.tuto.l.fi.dic,ut ibi dixi.

ADDITIO.

a Certum. De materia huius.l.uide Bar.in l.j.sup.de transac.ubi hanc.l. allegat.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quando teneatur pro gestis a contutore.*

LEX II.

Qui se. † Contutor pro gestis a contutore,tenetur insolidum pro neglectis ab utroque,pariter tenetur cũ illis.h.d.No.quod cessatio est lata culpa.Gl.opp.quod gerens, ẽt de neglectis ꝯuenit̃ prius vt ff.de admi.tu.l.tres tutores.§. idem in eo.Sol.quod omissa erant gestis connexa,uel appendentia,vt in gl.Vltimo quidam habent vnam distinctionẽ quam gl.posuit de verbo ad verbum in l.& si sciisses.s̃.de admi.tu.& dic ut ibi.

De vsuris pupillaribus. Rubrica.

¶ Quia tutores tenentur ad singulares vsuras,quę vocantur pupillares,ideo de his subiicit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor pecuniam pupilli in proprios vsus conuertens, ad vsuras tenetur, & quotuplex vsura dicatur.*

LEX PRIMA.

a 1 Tutorem. a † Si tutor pecuniam pupilli in usus suos conuenit,ad vsuras tenetur.h.d.Et pro euidentia dic,quod vsura alia centesima,alia pupillaris.i.quam pro conditione suæ personæ potest stipulari pupillus,vt s̃.de usu.l.eos.§.super alia.ibi vide.Ex consuetudine regionis quælibet lr̃a dicitur. de quib.igitur loquatur hic,dic,quod si vertit in usus suos,clã tenetur ad cẽtesimas,quæ isto casu sunt legitime.i.a lege inductę. ut ff.de neg.gest.l.qui sine.& de administr.tuto.l.non existimo. Si autem palã,tenetur ad pupillares. i. quas pupillus sibi potuit stipulari,etiam si minores frequententur in regionẽ,vt.ff.de ad mi.tut.l.tutor qui repertorium.§.quę autem.nunquid autẽ istæ cessationes in aliis casibus locum habeant:dic quod sic, quia in duobus casibus secundum.Azo.in tribus secundum Hugo. pupillare aũt in 5.ſm Hugo.vel in sex,ſm Azo.ut no.gl.in d. §. qui aũt.& extra illos casus debentur leuiores,ſm consuetudinem regionis,ut in ead.l.uer.ex ceteris,& hoc uult glo.ista in fi.ver.quãdoq;.hodie aũt istæ usuræ,non debentur,sed interesse pupilli licitum potest peti,b vt dixi in auth.nouiss.s̃ de admin.tut.

ADDITIONES.

a Tutorem. Adde domi. Soc.consi.156.incip.in præsenti consultatione præmittens.ver.4.deprehenditur in 2.parte, char. 15.quod tutor reducens,& conuertens pecuniã pupilli in suã vtilitatem,prædo dici potest.& de dolosa administratione arguitur.Et adde quod tutor pecuniã pupillarem ad aliquod exercitium ponere non potest, nisi qñ tale exercitium fuisset consuetum & vsitatum a patre ipsius pupilli,ut per præfa.do.Soc.in cons.24.incip.visis diligenter & maturè.ver.nec etiam potest, circa medium in j.par.char. 46. ubi etiam quod si tutor non sit industriosus,sicut fuerat pater pupilli,non debet ponere pecuniam in illis negotiis in quib.consuetus fuerat defunctus.

b Peti potest,sed quid si iudex præcepit tutorib.& curatorib. quod emant prædia ex pecunia minorum,& neglexerint sine legitima causa,an teneantur ad usuras.dic quod sic,non vt usuræ petantur,sed quatenus ex fructibus percepissent,ut per d.Soc.consi.2048,incip.circa primum consultationis articulũ uer.2.de præcepto testatoris.in 2,par.char.133.

LEX II.

Eius. Tutor tenetur ad vsuras,etiam eius quod pro contutore debet.h.d.Gl.vide per te.

SVMMARIVM.

1 *Tutor cui culpa non imputatur,ad usuras non tenetur. & numero. 2.*

LEX XIII.

1 Si pecuniam Si tutori nõ põt culpa imputari, ad vsuras nõ tenetur.h.d.Quærit gl. quid si suã mutuauit?Rñdeo,quod tũc tutor tenetur,ut l.tutor.§.nõ est.ff. de admi.tu.quod intellige sane,ut tunc sit præsumptio, qđ pupillarẽ ẽt fęnerare potuerit. Sed ubi eẽt certũ,qa tm̃ alterã fęnerare potuisset,non imputatur ei si utilitatem suã prętulisset argu. s̃.de serui.& aqua l.ꝑses cũ si.& dixi.s̃.arbi.tu.l.quicqd, vbi vide. & hoc ne officium suũ sit sibi damnosũ. Et ex his dico, quod si ab incendio,uel a latronib.res suas saluas fecit,& nõ pupillares, & certum,sit utrasq, nõ potuisse saluas fecisse, qđ ipse non tene
2 tur.† In alijs autem custodiã uoluntariã. In alienis rebus debentibus,distinguo depositarium, a cõmodatario. Nam depositarium dico non teneri,vbi aliter suas saluas facere nõ potuit &c. Ita intelligo.l.ꝙ Nerua,in fi.ff.deposi. In cõmodatario aũt q grauius obligat̃, qa de omni cupa,dico eũ teneri,si suas ꝑtulit ꝯmoditates,casus est nõ cauillando text.ff. cõm.l.si vt certo.§.ꝑinde. ver.nisi.Et rõ est qa omnẽ diligẽtiã vr̃ ꝓmisisse ut in ea.l. cõmodantis.culpæ ergo eius,licet leuissimæ imputet̃ ꝑpter cõmodũ qđ gratis ꝑcipiebat,& hoc etiã,ne officium seu liberalitas commodãtis sibi damnosa.& sic non obst l.præses.qa charitas bene ordinata,incipit a seipso.vt ibi.nõ inordinata, qñ uenitur contra cõuenta saltẽ tacito ex cõtractus natura hęc no.qa subtilia.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non potest pupillum compellere,ut contra eum agat.*

LEX IIII.

Pupillus. Primo dictũ ponit.Secundo cõsulit. Tertio extendit.Secunda ibi,uerum.Tertia ibi,qđ etiã in curatoribꝰ.Et habet duas, uel tres lect.ut ĩ gl.secũdũ primã.hoc
1 dicit.† Tutor non potest pupillũ suũ quondã cõpellere,ut agat ꝯ eũ,sed denunciationibus factis potest corã præside ea ad quę tenet̃ deponere,& pro depositis nõ currẽt vsuræ,hoc dicit.Notabilia habes in summario.secũdũ aliam hoc intendit. Reus nõ potest compellere eum, qui suum se dicit creditorem ut agat, sed potest eius testes facere examinari ad perpetuam rei memoriam.hoc dicit.Vel potest petere,vt ei pręfigatur tẽpus,ultra qđ non audiatur,& hoc addi. 3.lect.de hac præfixione termini dic, ut dixi,supra.vt ne.inuitus agere uel accus. De examinatione testium ad perpetuam rei memoriam a dic, vt dixi.s̃.de testi.auth. si qs. No.specialiter,quod pr̃ debet consulere securitati filiorũ, ne eis cõtra debitum eueniat patris culpa,post eius mortẽ.

ADDITIO.

a Ad perpetuam rei memoriam.Tu uide de hoc, quod notaui in apostil. Bart. post eum in alle.auth.si quis ab aliquo.nu.12.in apostil.in ver. examinatio testium.supra.de testi.ubi ponitur,an qualiter,& quando posint testes ad perpetuam rei memoriam examinari.

De fideiussoribus tutorum,vel curatorum. Rubr.

¶ Quia tutores,vel curatores, dãt fideiussores,propter qđ contingit contra fideiussores agi: ideo ponitur hęc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus non potest insolidum cum tutore, & cum fideiussore agere.*
2 *Fideiussor, an patiatur beneficium diuisionis. & nu.3.*

LEX PRIMA.

1 Eligere. † Cum tutore, & cũ fideiussore nõ põt pupillus insolidũ agere.h.d.Not.qđ a fideiussorib.inchoare põt,qui,& diuidere inter tutorẽ,& fideiussores põt. Opp. gl. qđ imo hodie semper prius ꝯueniatur principalis,ut in aut.de fi.§.i.Dicit gl.hoc eẽ hodie correctum,quod fatetur. Iac.de Ra. vbi quis simpliciter fideiussit pro tutore. ubi uero fideiussit rẽ pupilli saluam fore,inquit ipse,qđ primo conuenitur tutor. qđ vr̃ pro tutore,ꝙ saluum esse nõ poterit a tutela. unde prius dẽt excuti tutor.& si potest seruari a tutore, non tñ liberat̃ fideiussor,qꝙ̃ in obligationẽ non incidit.& hoc dicit, ꝙ vult l.2. huius
2 tit.& adde,qđ ibi dicã.† Quæro,an fideiussores habeant beneficium diuisionis: dic,qđ nõ.ut in gl.& ff,rem pup.sal.fore.l.fi. Et hoc qñ sunt unius ꝯtutoris.secus si pluriũ,qa ut sui principales ita & ipsi diuisionẽ petere pñt,ut ff.e.l.pupillus. Et rõ diuersitatis ponit̃ in d.l.fin.& ita no.gl.s̃.de diuid.tu.l.ii.& ibi dixi in 4.qõ.
3 † Quæro fideiussor simpliciter acceptus, renũciauit beneficio ordinis seu fideiussorum,an potero simul, cũ principali ꝯuenire insolidũ cũ ꝓtestatione, qđ una solutione sim ꝯtentus,ut aliàs dr̃ in duob.reis.ut no.gl.ff.mã.l.mãdato Titij.§.Paulus. & vr̃ qđ nõ,ꝑ istũ tex.in fi.& in prin.q dicit eligere debes. incontrarium facit gl.hic fi.q intelligit istum tex.in fi. non respectu conuentionis,sed exactionis.quod no. & super hoc cogita. Salyc.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor liberatur pro ea parte quam tutor soluit.*

LEX II.

Non est. Primo dictum. secundo infert ad quæsitum distinguendo.Secunda ibi,& ideo.Scđa in duas, qa primo in fideiussore simpliciter accepto. secundo in fideius-
1 sore rem pupilli saluam fore.secunda ibi plane. † Casus. Pro ea parte quã tutor soluit,liberat̃ fideiussor:siue sit simpliciter acceptus:siue rẽ pupilli saluam fore, vel indẽnitatẽ promiserit. h.d. No.istos duos casus q hic ęquiparãtur. Quęro quare ista.l.facit dr̃iam inter fideiussorẽ simpliciter acceptũ,& fideiussorẽ rẽ pupilli saluã fore,vel indẽnitatis.Rñdet glo.multũ elegãter;qa primo casu,ab initio ẽ pure obligatus,aliis duob.modis nõ,sed sub ꝯdõne.iõ excuti oportet primo principalem. quod declara, ut dixi in leg.præcedenti,& de fideiussore indemnitatis habes ca-

 sum

sum.j.de conue.fi.debi.l.i.& sic glossa bene dicit in utroq;, cum hic apparenter:& sic in neutro horum duorum, renunciatio beneficij de fideiussoribus nihil operatur cum eis non competat, cum nō sint antea obligati,ut hic & ita dixi, supra, si ma. indem. promi.l.2.quod tene perpetuo cordi.

¶ De contrario iudicio tutelæ. Rubrica.

¶ Dictum est de actione tutelæ directa, quæ competit pupillo, sed,quia contraria competit tutori,& dubitatur, an casibus hic scriptis competat: ideo ponitur hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actio cedenti inutilis, cessionario quandoque utilis est.*

LEX PRIMA.

Si pro iudicato. Post solutionē simpliciter factā,non potest fieri,nec ualet cessio, secus si
1 soluatur cum pacto,ut cedatur.h.d.† Et ex hoc ultimo no.gl.qđ actio inutilis cedenti,est utilis cessionario, ut ff.man.l. Papin. Et sic no.q; isto casu licèt duret actio propter pactum,potest tamē creditor illam intentare contra debitorem, & ratio primæ est, quia per cessionem purgatur uitium, quod est pœnes cedentē. ut no.l.si.s.de iure dot.aliàs exceptio quę obstaret cedenti,obstaret cessionario.ut l. apud Celsum.§. de autoris.ff.de doli except. Quærit gloss.an in primo casu soluenti competat vtilis, sine cessione,& dicit,quod sic, sed pro quarta parte dicetur in l.sequenti. Bartho. de Salice.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quando habeat beneficium cessionis.*
2 *Actio,an possit pro parte cedi.& nu.3.*
4 *Actiones, an possint mandari.*

LEX II.

1 **Si non ex propria.** † Tutor nō ex ppria:sed cōtutoris culpa cōdēnatus soluens,habet beneficiū cessionis,& utilis actionis.h.d.Not. qđ beneficiū cedēdarū actionū,potest opponi post sentētiā.No.etiā,qđ condēnatus ex propria culpa,uel dolo,non habet beneficiū cessionis.cōcor.sunt in gl. Oppo. gl. qđ actiones non sunt cedendæ, quia sentētia intelligitur lata potius ppter eius absentiam,quā quia fouerit malā causam,ut l.si ideo.ff.de euic.Glo dicit, quod hic cōstabat eum habere malam causam.Mihi uidetur,quod illa lex nō tāgit casū nostrū,sed prorsus diuersum: nam hic petit sibi cedi actionem,quā habet is cui soluit,quā intētādo,discutietur,an is cuius culpa est condēnatus, debitor fuerit nec ne. Et idē si agit vtili nego.gesto. quia discutietur, an utiliter egerit, uel nō,quia sentētia ista non facit fidem contra tertium. ibi ue-
2 ro nō agit aliqua actione competēti ei qui rem euicit.† Querit gloss.an insolidum,uel pro parte si cedetur actio.& dicit,qđ p parte,ut.ff.de admini.tuto.l.si plures. ff.de tut.& ra.distra.l.cum pupillus.Barto.vero in l.Modestin⁹.ff.de solu. in istis tutoribus sequiť verba Cyn.posita. s.de trāsac.le.j.i 5. qō. Dicit enim.Aut quis eorū est cōuentus ob dolū proprium vel communem, & tunc quæstio nostra nō habet locū,quia dolosis nō est fiēda cessio,nec inutilem habent sine cessione,ut l.si plures.supra. alle. & not.s.de di.tu.l.2.& scripsi in quæstione penul. Aut est ōuentus ob culpā.& tūc aut ob alienā tm.& tūc fiēda est cessio insolidū,& insolidū agit sine cessione, qa ille culposus primo erat excutiēdus.& si excussus in solidū soluisset ipse, & ō aliū nullā actionem habuisset.ergo alius soluēs solidū ab eo repetit. & p solido actio sibi cedi debet,& intelligo pro solido eius, qđ soluit.Aut ob propriam tantū,& ei nō est fienda cessio,quia solus tenetur,& probatur hic a sensu contrario. Aut ob cōmunem culpam.& tunc fienda est cessio pro ea rata,quæ contutorē tangit,ut l.si plures.de admi.tuto.& l.cū pupillus.ff. de tut.& ra. di. & probať in l.unde quæritur.ff.cōmoda.& l.quesitū.ff.de pecu. & l.1.& 2.§.æquissimum. ff. ad l.rhodi.de iac.& isto casu pcedit hæc gl.& hæc uera ubi essent duo,si autem plures, tunc deducta rata soluentis,cōtra unumquemque aliorum,potest cedi p
3 aliis ratis insolidum.ut not.gl.in d. l. Modestinus.† Item prædicta uera reprobata quadā distinctione,quā fecit glo.in d.l.si plures.& de renūciatione beneficiis diuisionis.uult enim qđ si renunciatum esset beneficio diuisionis,qđ cōuento ob communem culpam esset cedēda actio insolidū, & insolidum ageret sine cessione,qđ est falsum secundū Dy.& doc.qđ cōuentus excipere quando contra me agis insolidū,quia & si soluissem, a te partē recipere possē,& sic teneret exceptione doli, ut l. dolo. ff.de excep.do.nō enim inter eos renūciatio facta esset. In duobus autē correis debendi,quid iuris ponit Bar.in d.l.modestin⁹. & dicā,deo duce,in l.1.j.de duob.reis.In fideiussorib.dic,ut i se-
4 quenti oppositione.† Opp.igiť,qđ nō debeant mandari actiones,ut.j.de fideiuss.l.fideiussor,dicit gl,quod fideiussori, nō mādatur contra fideiussores,ut ibi,sed tutori cōtra tutorem sic.ut in gloss.Sed dicit contrarium tex.infra,eo.tit.l.fideiussoribus.& l.cum his.& infra.de fideiusso.l.cū alter.Ad dictam. l.ut fideiussor.respondeo,ut ibi no.scilicet,qđ actio danda non est sine cessione,ut ibi postea sequitur. Nam utilem nō habet sine cessione.quod secus est in contutore soluente,ut hic,in fine.& forte hæc fuit mens glo.Quare aūt non habeat vtilem sine cessione? Respondeo,quia cum fideiussores non liberet officio gestionis sed natura obligationis,liberat enī principalē.quo liberato tollitur accessoria,q̄ nō potest fieri sine prīcipali.Sed tutor soluens, immediatè p solutionem liberat contutorem,alias rationes ponit gl.in l.j,supra.de trāsactio,in fi.Pro quāta autē parte fideiussori cedatur.Dic quod contra principalem insolidū cōtra fideiussorem,si est vnus pro parte.si tres cōtra alios duos,& unum quemq; ipsorum insolidum pro duabus partibus tātum, ut dixi in pluribus tutoribus: uerū si vnus tantum ex his cōueniať an illas duas partes poterit ille petere,ut sibi cedatur actio ō tertiū pro una parte,quia & vtilis cessa potest cedi, ut.ff.ad trebelli.l.j. § de illo.& l.ex asse,& ibi not.Et ratio quare nō ceditur pro parte soluentis est,quia & ipse videtur pro sua rata soluisse, licèt beneficio diuisionis renūciauerit.Ac etiam ratione æquitatis, qa si cederentur insolidum,& pro solido,ille cōtra quē,postea agere,peteret similiter sibi insolidū cedi.& sic contra seipsum quis cederet quod declaro,aut iste q solutionē fecit,& totius, fecit & emptoris nomine.& sic,ut quilibet extraneus.ergo ipse non est libertus,ut ipse. Aut soluit,ut debitor ex causa fideiussionis, ergo pro sua rata,se liberare uoluerit,Et pro tāto pro ratis aliorū tātum sibi ceditur,quia tale quale habet penes se,cedi debet ut infra.de fi.l.2.ff.de solutio.l.stichū.§.pe.& ff.de fi.l.stichū,in fi. & in casu quo ei fuisset insolidū cessa,tenet gl,quod cōtra fideiussorem nō intentaret,nisi pro parte,ut l.j.ff.ad l.rhodi.de iac. quod tene cordi. quando cessio fieri debeat, & possit, plenissimè scripsi in l.j.supra.de ac.& obli. circa prin.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelæ extinguitur pro parte qua pupillus tutori succedit.*

LEX III.

a **Si pater.** a Primo thema ex quo tacite eliciuntur duæ quęstiones,Secunda decisio primæ, quando pupillus agit contra heredem tutoris.Tertio decisio,quando heres tutoris agit contra pupillum.Secunda ibi:quoniā nō nisi. Tertia ibi,
1 quod si sciens. Casus.† Pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori,extinguiť actio tutelę, & nō in pluri. & erogata a tutore bona fide, pňt per cohæredem pupillo ōpensari,uel ōrio iudicio repeti,h.d.No,quod bona tutoris multum attenduntur.

ADDITIO.

a Si pater.Ista lex secundum Bal.hic quotidie allegatur ad hoc,quod uictricus possit esse tutor.de quo per eundem in l.omnem.ad fi.j.ad tertul. eundem in addit.ad Spec.in tit.de tut.in uersi.uictricus. ubi per eundem,spe.§.nunc dicendum.uer.uerumtamē.quod est uerum,etiam si petatur a matre; si sit aliàs idoneus,arbitrio boni uiri,alias non,ut per Bal.in l.precibus. nu.45. uersicu. quid ergo si petit,supra,de impu.& alijs substi.

De autoritate præstanda. Rubrica.

¶ Quia tutorum de quibus dictum est supra, requiritur autoritas: ideo &c.

LEX PRIMA.

Neque. Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere.hoc dicit.cum sequenti.

LEX III.

Eum qui. Emens a pupillo sine tutore, non prescribit. hoc dicit.Distingue, ut in glo.adde quod dixi supra,si aduer. usufru.l.j.Barto.

SVMMARIVM.

1 *Minor respondere uel positiones facere non debet, sine tutoris uel curatoris autoritate.*
2 *Pupilli quando accusari, & quando accusare possunt & nu.3.*
4 *Autoritas tutoris,an requiratur in responsionibus fiendis.& numero.5.*

LEX IIII.

1 **Clarum.** Minor nō pōt esse in iudicio criminali sine tutoris,uel cura.autoritate.h.d.† No,q; rñsiones, tam in libello,q̄ in positionib. debent facere minores,cum tut. vel cur.auto.& si aliter fiat, qd iuris sic,j.dicetur. Item no.quod administratores persuadent,& ōsulunt de modo respondendi.
2 †Quæro.i.in quibus casibus pupilli accusari pňt.dicit gl. de omni delicto,excepto carnis.ff.de fut.l.impuberem & ff.de adult.l. si minorem.& intellige,quod sit doli capax.non aliàs,ēt si ciuiliter agať,& in actione veniat leuissima culpa. ut patet in actio-
3 ne.l.aqui.ut ff.ad l.aqui.l.ii.§.sed si īfans.† Quero.ii.qñ minores, seu adulti possunt accusare? dicit gloss. quando prosequuntur suam,uel suorū iniuriam,vt ff.de accusa.l.ii.& infra.de adul.l.p-tor.Et sic ubi suam,uel suorū iniuriam non prosequūtur,regulariter non admittuntur.& ita teneo: licèt Azo dixerit,qđ adultus indistinctè admittitur:quia prohibitus non reperitur:& sic admittitur:arg.eius quod no.super rubr.infra. qui accusa. non poss.& licèt Hugo dixerit quod minor.xx.annis regulariter nō admittitur.Sed maior an.xx.sic,quia prius ad testificādum in crimine publico nō admittitur,ut ff.de testi.l.in testimonium. & de his opi. habes per gloss. in l.ii. ff.de accus.& de his plene scripsi.in l.ii.infra.qui accusa.non pos.& ibi ad rationes eorum, uide rñsiones glo.ergo ista bona quæ uult,quod minor.25.annis etiam

etiam cum autoritate curatoris non possit accusare de crimine
4 nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur.† Quero.3.hic dicitur responsiones debere fieri cum administratoris autor.quid si sine eis sint factæ.Dic aut queritur in pupillo infante,& confessio est ipso iure nulla,etiam cum tutoris autoritate: quia etiā cum eius autoritate non potest ipse iudicium suscipere, nec debet in ius vocari: vt ff. de in ius vocan. l. quoque.& ff.de admin, tut.l.1.§.ita tamen.& l.2.in prin.Aut est maior infante,sed nondum ætatis adultę:& tunc dicunt omnes non valere, sine tutoris autoritate,siue sit responsio ad substantiandum iudicium p quam litis contestatio inducatur:vt s.qui legi.person.l.2.siue sit confessio positionibus responsiua,ut l. certum. §. in pupillo.ff. de confess.& ff.de iureiur.l.iusiurandum, quod ex conuetione. §.1.ff.de admi.tu.l.1.§.sufficit.& quia eius ętas &c.ut hic,& j. de fal.mon.l. 1. Aut queritur in adulto, & tunc aut habet curatorem generalem,& tunc in eo idem,quod in pupillo,ut l.si curatorem.s.de in integ.rest.Aut curatorem non habet,& tunc Dy. Pet.dixerūt,quod ualet.Sed leso daretur restitutio,ut d.§.in pupillo. Sed Nic.de Mata. inquit,quod si confessio adulti carentis curatore est facta ad solemnizandum, & substantiandum iudicium non ualet ipso iure, nisi in causa momentaneę possessionis ut s.qui legi.perso.l.si.Si uero est facta ad inquisitionem ueritatis negotij de quo agitur, ut sunt cofessiones factæ positionibus,& tunc dixi ualere etiam,sine curatoris autoritate, nisi p restitutionem,uel alium legitimum modum fuerit reuocata; ut d.§.in pupillo,& ratio diuersitatis est,quia cum pręcedenti casu responsio concernat solennitatem iudicij, prius de persona quam de iuris ratione est quærēdum,ut ff.de test.l.si quæramus. & de codi. l. quidam. Isto uero casu cum ad ueritatis indagationem intentatur,non est intentatum de personæ solennitate curandum,ut s.de eden.l.apud quem.& j.de quęstio.l.interrogari. & ff.man.l.si fideiussor,§.quædam,& sic probatur ex eo,quod dicitur,quod minor iurat de ueritate dicenda,sed non de cal.ut s.
5 de iur.cal.l.2.§.quod obseruari.† Et sic patet ex dictis omnium, quod in confessionibus,quæ fiunt per tormenta, tunc fiunt ad ueritatem euitandam,ideo non requiritur curatorum autoritas,ad quod facit, quia minor in delictis dolo commissis, reputatur maior.ut s.si aduersus deli,l,1,& 2.Ad l.istam respondeo, quod intelligitur de rñsionibus, quę fiunt ad solemnizandum iudicium,quod no.hæc possunt tollerari,si tutor præstitit autoritatem adulto iuranti dicere ueritatem, quia tunc implicite uidetur in responsionibus pręstitisse. aliàs forsan non sufficeret per.l. hanc cum simili.ut dixi.j.de confes.l.j.Quæro an autoritas ad litem sufficiat,dic quod sic,ut dixi.j.qui acc.non possunt.l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tutor super quibus autoritatem interponere debeat.*

LEX V.

1 **Veterem.** † In gerendis a minorib. sufficit unius tutoris uel curatoris autoritas interponenda super his, quæ spectant ad eius administrationem, nisi sit actus per quem tutela finiatur,quia tunc omnium consensus exigitur. h. d. Not.q; tutor interponit autoritatem super eo,quod non est commissum administrationi suæ,Nota ex fine,quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. concordat cap. quod omnes git,extra de reg.iur.lib.6.& ibi uide per Dyn. & quod not. in l.& suum.s.de pac.& leg.nulli.ff.quod cuiusque uniuer. no. & adde, quod dixi.s.de sacrosan. eccl. auth.hoc ius porrectum.

Quando tutores,uel curatores esse desinant. Rub.

LEX I.

Si curatores. Finito officio eius cui quis adiungitur, finitur,& eius qui adiungitur.h.d.No.q; officium adiuncti finitur officio eius cui adiungitur.Et sic collige, quod officium curatoris adiuncti debili Episcopo, finitur morte Episcopi.No.ex l.2.q; uoluntas pupilli non finit tutelam, sed pubertas, quæ uenit in fœmina finito.12. anno. & in masculo finito.14.ut in l.3.Nota,quod inhonesta lex non admittitur,Ideo corporis inspectio,quæ olim fiebat tollitur.Bartho.de Salyceto.

De actore tutore,seu curatore dando. Rub.

LEX VNICA.

Si sui. Tutor pro rebus pupilli petendis, non cōstituit procuratorem,sed actorem sic.h.d. Vide gl. per te.& de his dic,ut plene dixi in l.neque.s.de procurato.

De excusationibus tutorum,uel curatorum. Rubr.

LEX PRIMA.

a **Falsa.** a ¶ Spado non excusatur a tutela, hoc dicit Bartho de Saly.

ADDITIO.

a Falsa.Adde quod no.sentit gl.in l.1.infra.ti.1.seruatis temporibus, de quibus. in l.plene.ff.e.& insti.e.tit.& hic sequitur mat.in suis no.143.& adde text,in c.cum in vna.§.1.ff.de app.

SVMMARIVM.

1 *Curator simpliciter datus ad bona extra prouinciam datus censetur.*

LEX II.

2 **Si curatores.** † Curator gñaliter,& simplř datus intelligiť ēt datus ad bona ex̄ puinciā sit uata, sed de facili ab illis obtinet liberationē,hoc dicit.Op.de l.pupillo.ff.de tuto & cura.da.ab his.Sol.ut in prima gl.& solutio videť ō istū tex.in verbo,dati,& qa si essent dati a principe forte iudex inferior liberare nō posset. Intelligo ergo de datis a iudice, uel p̄side.& intelligo de curatore dato adulto,qui administrationē hēt omniū rerū,vbicunq; positarū,sicut dixi de tutore sup.vbi pe.tutores,vel curatores.Nec obstat.di.l.pupillo, qa ibi de dato rebus,ita quod non personæ,& tunc procediť gl.ista licet, & aliàs responsiones dederim,in l.1.sup.vbi pet. tu. ibi uide in 2.q.

LEX III.

Excusationis. Ingenuus excusatur a tutela libertini, & si excusatio reijciať,debet appellare aliàs tenetur,hoc dicit.

LEX IIII.

Amplissimi. Si marit⁹ ignorans curator detur vxori, excusatur a pœna senatusconsulti,dūm tū alium petat substitui.hoc dicit.& hoc declara ut gl.

LEX V.

Libertos. Libertus nullam hēt excusationē a tutela vel cura filiorū patroni, & ideo licèt fuerit eorū tutor,nō phibeť eis curator dari h.d.Op.& soluc, vt i gl.Postea deducit in arg. ut in ea,Et no.qđ gl.vult quod ēt habeatur loco pupillæ,circa quod vide,quod dixi i l.respublica.s.ex q. cau.ma.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator datus quantum tempus habeat ad se excusandū,& num. 2.*

LEX VI.

a 1 **Quinquaginta.** a † Tutores, vel curatores dati, hñt quinquaginta dies ad excusandum,
b qui incipiūt currere tpe sciētiæ b & si excusatio reijciť,dēt appellari.h.d.Opo.qđ immo habeat p uiginti miliaribus unā diē & vltra.30.vt ff.eo.l.scire oportet.§.aliud dictū.Sol,ut hæc intelligať scđm illā,qa aut habitat j.centum miliaria,& hēt quinquaginta dies,aut habitat ultra centū miliaria, & tūc p singulis. 20. miliaribus hēt vnā diē,& ultra.30.dies.& si oēs simul computati nō ascendūt quinquaginta.tūc a lege suppleť vsq; ad quinquaginta.& si sic cōputati excedunt quinquaginta,excessus ille tollerať. & sic scđm loci distantiā pt habere plures quinquaginta
2 sed nō pauciores.†Op.scđo,immo quatuor menses ex die nominationis ut ff.e.l.quinquaginta.Sol.ut in gl.qđ illi danť p negotio ad finē deducēdo. Tūc opp. tertio si a die nominationis illi quatuor menses numeranť.& a die scientiæ, illi quinquaginta.j. quod executiones dñt pponi incipiūt currere, sequiť qñq; qđ negotium prius debebit terminari quā inchoari.Sed ponamus demū post quatuor menses eū sciuisse,huius timore dicit, quod tex.in d.l.quinquaginta:dicit a die nominationis.supplet glossa & doctor.Et simile inducit gl.de redhibitoria,&c,& istam gl.tene cordi p constōnibus sinodalibus,q̄ dicūt q; executores ultimarū voluntatū debeāt executionē fecisse.j.sex menses,vel inf. annū cōputandos.vel computandū a tpe mortis defuncti,aliàs executio deuoluať ad episcopū,parte pauperū:uā tales cōstitutionis debent intelligi & suppleri,& scientiæ mortis defuncti. & scientiæ executionis sibi cōmissæ,aliàs tps eis nō currit,ut in
c hac gl.c & in l.alle.in ea.interpellatur enim tunc tps pro episcopo:& nō ante.ad qđ facit ēt.ff.si cert.pet.l.q; te.in fine. Et si tps nō fuisset præfixum per cōstōnes sinodales,oportet qđ prius interpellent,& nominenť per Episcopū q̄ executio deuoluať ad eū.ut ex̄.de testa.c.nos quidem.& c.tua nobis.in fi.& ibi glo.&c. Ioan.And.in eo.tit.& probatur in auth. de eccle.tit. §. sinautē pro redemptione.vers.sinautem.qa hoc facere iussi sunt,col.9. Et isto casu aduerte,quod interdū amouenť simplř,ut exequantur,interdū ut j.certū tps exequatur. Primo casu ad episcopū executio non deuoluitur,nisi anno elapso ar.dicti.c. nos quidē, & ar.eius quod no.gloss.s.infra.eod.tit.si hæredis. Facit a simili auth.hoc amplius,infra.de fideicom.& in auth. de hæred.& fal. §.si quis autem non implens.Secundo casu,quando tempus p̄fixit,tunc tempore illo decurso, deuoluitur executio ad episcopū,tēpus aūt infra quod hæredes,vel curatores dicuntur morā commisisse

ADDITIONES.

a Quinquaginta.Bar.per istam.l.consuluit quod tempus insinuandi non currat ignoranti,de quo per eundem,in l.quandiu.infra qui admittit.& in l.pe.sup. qui tu. no.Bar.in alle.l.quamdiu,& in l.is potest, de acqui.hære.
b Scientiæ.Adde q; no.Bal.in l.generaliter.sup.de epi.& cle.
c Vt in hac gl.Vide q; hř per do.Ale.de Imo.post Bar.in l.1.si q s te.li.esse iuss. fue.& Bal.i l.capatorias,ad fi.j.de testa.milit.& Bald.in l.genero.ff.de infa.& Bal.in l.id q; pauperib.sup.de epi.& clc.& in l.1.in 3.col.inf.de testa.& uide Bar.in cons.143.& Ang cons.64.& Ab.in consi.et bal. in cons.371. 1.li.Roma.consi.228.

commiſiſſe,ut ſic ad munitionem epiſcopi peruenire poſſit. Eſt primo tẽpus a teſtatore appoſitum, & tempore ab eo nõ appoſito,vt dicendũ,qđ ſi legatũ ꝓſtitit in dando,rempus ſex menſiũ labi debeat ut in auth.de eccleſiaſti.ti.§.ſinautẽ legatũ.ſi in faciẽdo,tũc ad initiandũ vt annus.ut d.cap.nos quidẽ. Ad pciſciẽdũ vero inſpiciẽ magnitudo rei,ut ĩ dicta auth.de eccle.titu.§. ſi qs aũt ædificationẽ.& ꝓbatur ĩ d.cap.nos quidẽ,ſtẽ oportet, quod ſ.illud tps facere potuerit,ut ꝓbatur ibidẽ,dũ negligẽtũ eius notat,quod tene cordi, ga mã eſt intacta,& p alio nõ explicata, & forte,ga cõſtõnes ſinodales,ut plurimũ ſic prouider, qđ p ſcribentes non fuit viſum,opus eſſe diſcutere,qd de iure cõi. Opp. 4 qđ nõ ſit opus appellari,ga ſnĩa errore lata,eſt nulla ipſo iure, ut ff.q ſen.ſine appel.re.l.i.So.vt in gl.&c.Opponiẽ quinto q appellari nõ ſit neceſſe,ut ſ.eod.l.tutores. Solu.qđ verũ a nomina tione,ut ibi, ſed a reiectione excuſationis propoſite ſic,ut hic, licet a nominationibus munerũ publicorũ autoritate,& vtilita te debeat appellari,ut l.hi.qui.ſ.de app,& hoc ut citius reipubli ce conſulatur,in qua maius periculum vertitur.

LEX VII.

Neque iure iſto debitum,vel creditum non excuſãbat a tutela, ſed aliũ facit adiungi hoc dicit. Hodie dic, ut in authen.minoris.ſupra qui da.tuto.poſſunt.

LEX VIII.

Coloni, Colonus fiſci,non excuſatur a tutela.h.d.Et uide ſupra dixi,qui da.tutor.poſſunt.l.

LEX IX.

§. Frater Monoculus,nõ excuſatur a tutela, vel cura.hoc dicit.

LEX X.

Exactores Exactor tributorũ, durãte tpe exactionis ex cuſaſ a tutela,uel cura.hoc dicit.Sal.

LEX XI.

Teſtamento Tutor teſtamentarius tenetur bona ad miniſtrare etiam extra prouinciam cõſtituta,niſi ab hoc excuſauerit,propter tamen inſufficientiam, curator adiungitur.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quando perdatur per actum unicum contrarium. & num. ſequente.*

2 *Tutor tutelam ſponte ſuſpiciens, an vſque ad finem perducere debeat. & nu. ſequent.*

LEX XII

a **Voluntariæ.** Iſta lex fuit repetita per petrum ulteramõ tes.& eius repetitionem ponit hic Cyn.ego ſolum attingam materiam.l.& alia omittam, quæ ſunt alibi dicta,vel dicenda. Caſus † Per unum actum contrarium,quis non perdit in aliis priuilegium habens effectum reiterabilem,& ſuc ceſſiuum,hoc dicit ita materia. Quero de exemplis. Et duo ponit glo.i.& tertiam addit glo.2.in qua adde. Ibi bona teneantur,

2 ut l.pro officio.ſupra.de admin.tuto.† No.igitur quod propter actum contrarium, quem quis facit ſuo priuilegio, non perdit priuilegium. Contra hoc opp.primo de l.hoc autem iur. de ſeruit.verb.prædio. Solut.quod hic actus contrarius emanauit a priuilegio,ibi ab aduerſatio.& ſi dicas tanto minus ibi prejudicare debet,fateor:& ideo actus ille ſolus non præiudicat, ſed cum legitimo temporis curſu,ut ibi patet.&c,Oppon.ſecundo per qđ vnicum actum ema natum a priuilegiato extinguatur priuilegium in totum.ut ſupra,de pac.inter empto.& vendi.l.commiſſorie.Solu.ibi priuilegium concernit vnicum actum tãtum, cui eſt contrauentum. Ideo ibi extinguitur priuilegium, hic uero plus actus concernit.ideo illo tantum præiudicat,& non in aliis & eodem modo ſolu. contrarium d.l.ad ſolutionem. infra. de

3 re.iur.& in l.a.infra,de iur.do.impe.† Oppono tertio quod licet priuilegium concernat plures actus ſucceſſiuos, tamen per uni cum actum in contrarium extinguitur in totum.ut ff.eo.l. cum exhortatione,in fin.de iu.au.anu.l.2. Solutio ibi actus contrarius concernit ſubſtantiam ipſam priuilegii, & illam impugnat, & vincit:ideo priuilegium in totum extinguitur.hic vero,actus contrarius concernit ſolum executionẽ ipſius priuilegii.&c.Oppono tunc.4.quod etiam ſi concernit exercitiũ,præiudicet ſibi in omnibus,ut ſupra.quòd cum eo.l.j.2.reſpon.& ſ.de decur.l.3.li. x.& inf.de his qui ſpon.mu.ſub.l.1.eod.li.ubi priuilegiatus ſponte ſubiiciens,muneri decurionatus ſibi præiudicat in omnibus aliis.Solu. quod hic actus contrarius in quo ſibi præiudicat eſt prorſus ſeparatus ab aliis, ideo in aliis ſibi non præiudicat. Ibi uero habet connexitatem cum aliis, adeo quod alii dependent ab illo tanq̃ ſpecies de ſuo genere.ut dixi ĩ d.l.1.qđ cũ eo.ubi tñ ꝓdicta & alia colligas in unũ. Dic cũ q̃rit,an & qñ p actũ in ꝑiũ emiſſum,ꝑdat priuilegium? dic. Aut actus ille ꝑius emanuit ab aduerſario tantum tunc non perditur, niſi cum legitimo curſu tẽporis inchoato ab actu illo,ut l.hæc autem iura.ff. de ſeruit. urba.prædi. Aut emauauit a priuilegiato,uel ab utroque,& tũc aut priuilegium concernit vnum actum tantum:& tunc p actũ illi ꝑrarium extinguitur priuilegiũ, ut ſupra.de pac.inter empto.& uendi.l.commiſſoriẽ.& ſ.de reg.iur.l.ad ſolutionem.& ſ. de iure dot.impe.l.2. Aut priuilegium concernit actus plures in tempore ſucceſſionis,& tunc, aut actus ille cõtrarius concernit & impugnat ſubſtantiam ipſius priuilegii,& tunc in omnibus ſi bi præiudicat,quia priuilegium extinguitur,ut ff.e.l. eum exhortatione,in fi.ff.de iur.au.anu.l.2. Aut actus ille non concernit ſubſtantiam priuilegii,ſed eius exercitium tantum,uel uſum. Et tũc aut priuilegium excuſat a munere perſonali,aut a reali. Si perſonali, tunc ſolum præiudicat in actu illo, & in ſibi connexis, ſecus ab eo dependentibus,uel ſub illo quodammodo contentis, ut ſ. quod cum e.l.j.2.reſpo. & ſ. de decur.l.3,& ſ.de his qui ſpon.mu. ſub.l.j.lib.10. Non in prorſus ſeparatis,vt hic. Si autem priuilegiũ excuſat a munere reali,ut a decimis non ſoluendis, & tunc in ſolutis ſibi præiudicant,non in ſoluendis,niſi actuum continuatio per tempora longiſſima interuenerit,vt extra de priui.c.acciden tibus.& cap.ſi de terra. Et de iſta materia habetur per canoni. extra de conſtitu.cap.cum acceſſiſſent.& ibi glo.magna Bernardi.

4 † Quẽro,modo dixi,quod hoc præiudicat in aliis. Sed an in tutela ſponte ſuſcepta ſic præiudicet,quod uſque ad finem perducere debeat,& uideꝝ,quod non per iſtum tex.qui nihil derogauit ergo &c.ut ff.de verb.ſignifi.l.derogatur.Item quia non niſi pro rata temporis,quo ſtetit in tutela.ar.ff.loc.l.item quæritur.§.qui impleto.In contrarium eſt uerſtas,ſm Pe.& Cy.per auth. presbyteros.in fi.ſ.de epiſ.& cleri.Et pro hoc etiam facit ſ.eo.l.quinquagenta,in fi.& ſ.ti.j.l.a.& eſt ratio,quia ſicut tutela eſt una,& indiuidua,ſic eius geſtio,ut l.Pompo.ff.de neg geſt.& pro hoc. ff. de uac.mu.l.in oneribus,§.qui muneris.& l.pe. §. ſi poſt. Non ob.§. item quæritur,quia in caſu illo contractus non erat certus, nec limitatus. Sed contractus tutelæ certus erat & finem certum ha

5 bet,qui non abbreuiatur.† Quẽro quid ſi coactus unam tutelam ſuſcepit.dic,ꝙ multo minus ſibi præiudicat in aliis,quia coactus non conſentit,ſaltem ſponte,facit.ff.de in ius uocan.l. neq;, nec ſi ſit ſententia lata inter alias perſonas prejudicat,ut inf.quę res

6 uend.non po.per totum,ſecundum Pet.& Cy.† Quæro quidam ſubiicit ſe muneri decurionatus cũ proteſtatione.ne ad alia mu nera teneatur,nunquid talis proteſtatio ei proſit? Cy. format hic iſtam quæſtionem. Sed pro eius ſolutione, uide quod ſcripſi in auth.ingreſſi.§.de ſac.ſan.ecc.in queſtione de eo qui ingreditur moneſterium deductis bonis,ſeu cum pacto,quod liceat retinere:ac etiam de materia proteſtationis ſcripſi in l. pacta nouiſſima.ſupra,de pa.

ADDITIO.

a Voluntariæ. Adde Bal.ad materiam huius.l.conſi.185.iij.li.do. Car. conſi.130. & Bar.in l.ſi.de conſtit.princip.

c Hoc gerundium. Gerundij natura quæ sit.vide per Soc.consi.xcj.inci.visa,& diligenter,circa prin.j.col.in j.par.char.clij.& in consi.xcliij.inci.circa primum præsentis consultationis.versi.præterea dicendū. verba.in.d. par. char.156.& quæ sunt verba gerundij, quæ probant manifestè debitum in instrumento ex causa de præterito,habes per præfa.So.consi.135.inci.suprascripti præstantissimi,circa prin.in d.par.char. 206.
Adde inquantum hic tangitur de gerundio,& illorum natura.Bald. supra,in rub.de eden.nu.3.& quod posui in apost. in ver. importatur necessitas, & ibi in apost.ad Bal.nume.1.versi. quero ergo in apost.in eo.versic.& credo etiam me ibi dixisse post istum.

non liberatur,nisi ratihabitione secuta,vt ff.de solu.l.qui hominem.§.si malo.Si uero habuit,sed extitit reuocatum,& tunc si soluens ignorauit,liberatur ipso iure,si ille bo.fid.recepit.si mala,ope exceptionis teneat cedere creditori,condi.fur.vt in e.tit. l.eum qui bo.fid.Non est credendum habuisse,si mandatū sciebat reuocatum.quod iam scienter & falso debitori allegabat. si. vero soluens sciebat,tunc non liberatur ullo modo,ut in eo.tit. l.vero.§.j.Circa prædictorum declarationem duo dubia pñt insurgere.Primum quando dixi soluentem liberari ipso iure, an dominium statim sit quæsitum creditori.& dixit Bul. quod sic. cuius opi.tenet gl.in d.l.eū qui.§.i.alii ꝙ non. & in hanc videtur inclinare.gl.in l.acceptā.s.de vsu.sed opi.Bul.vera est, ut ibi dixi.
5 †Secundum dubium,quia dixi quod scienter soluens nō liberatur,an repetere possit.& in hoc gl.sunt contrariæ.Nam in d.l.si procuratori.gl.dicit quod non repetit,quia donasse vr.sed in d.l. dispensatorem.ff.de sol.tenet quod repetit,& illam tenet Ia. de Ra.ne malignitas procuratoris ei prosit,ut s.tit.j.l. quicūq;.ver, sane.& j.de le.l.pe.& ff.de neg.ge.l.siue hæreditaria.Itē,quia vbi alia coniectura potest haberi,donatio non præsumitur. vt ff. de pi.ac.l.eleganter.§.qui reprobos.& ff.de prob.l. cū de indebito. Sed coniectura notabilis potest fieri,vt cōsisus soluerit ei,ut gestori portaturo ad dominum,vt ff.de neg.ge.l.si ego.sed doc.cōiter tenent se cum gl.l.si procuratori falso.per duos tex.in quib. est quasi casus,videlicet.ff.de condi.indeb.l.si non sortem,§. qui filio.& ff.pro emp.§.qui fundum.& §.seruus,in fin.Nec dicas ibi petunt,vt sibi debitum ex causa peculiari,hic procuratorio nomine alterius.Nam & petendo ex causa peculiari uidetur & paterno,vel dñico nomine petere,ut ff.de min.l.2.§.si utrum. est enim peculium proprie patris,uel domini,ut ff.de pec.l.4.¶Ad ꝯria respondeo,quod non tam malignitas procuratoris ei solū quam soluentis pręsumpta voluntas,cum scienti & patienti nō dicatur dolus inferi.ut s.de transl.cum donationis. & ff. de act. emp.l.j.de re.iur.l.quod quis.nec alia ꝯiectura potest haberi quā donationis.quod declaro secundum do.meum, quia cum sciuit iam sibi falso allegasse mandatum,scire debuit amplius non procuratorum ad dominum.arg.l.si cui.§.iisdem. ff. de accu. Itē qa ex quo sciuit mandatum reuocarum,sciuit se eidem soluere prohibitum,& illum recipere & petere prohibitum,vt ff.de sol.l.qđ si forte.§.j.& ff.de procu.l.si quis cum procuratorio.§.fi.& l. si ꝑcuratorem absentis.cum ibi no.Item,quia vbi ignorāter soluit, habet condictionem furtiuam,quam cedere tenetur creditori vt d l.cum quis.§.j.& sic a contrario sensu, ignorātia cessante ei non fit furtum,nec condictio furtiua ei competit. sed hoc non potest esse nisi,quia sciēter soluens uī donare,ergo &c.Nec dicas quod repetat per ꝯdictionem ob causam, quasi ut portaturo ad dñm dederit,quod secutum non extitit,quia hoc non fuit dictum,nec tacite ab utroq; intellectum, cum procurator falsus præsumptione iuris habeat animum sibi lucrandi, nō ad dominum portandi.quinimo & soluens scienter sibi vr assentire simpliciter soluendo.Ad l.ergo,si ego,de nego.ge. Respō. quod ibi expresse soluit ei vt gestori,& portaturo ad dominū, uel ibi quando debitor soluit, patiebatur creditor illum uniuersaliter sua negotia gerere. vnde potuit soluēs verisimiliter credere eū portaturum ad creditorem,ar.eorū quæ no.gl.ff.si cer.pe.l. eius qui,versi.placet.uel ibi non allegauit se procuratorem cum mādato,hic sic.Et ex his patet gl.in d.l.dispensatorem,nō procedere.tamen ego reperio quandam aliam glo.per quam potest, & illa saluari,& opi.cōcordari,quæ posita est in l.cum pater.§.Meuio.de leg.2.vbi non repetit si sciuit ius & factū.sed ubi ius igno-
6 rauit,nec supina fuit ignorantia,tunc repetit.† Pro pleniori tamen solutione quæstionis,cum quæritur,an debitor sciēter soluens falso procuratori creditoris,possit repetere.dic, aut cōstat de expressa eius intentione,& illam serua,aut dubitatur,& tunc aut ꝑcurator erat in se falsus,sed non dolosus,qa literæ sibi trāsmissę erant absq; eius scientia falso fabricatę,& tunc repetit, qa voluntas utriusq; ad cām donationis, & pręsumptę non cōcurrit,aut l.si ego.ff.si cer.pet.aut erat falsus & dolosus,& tunc aut nunq̄ habuit mandatum,& non repetit,quia donare videtur,vt s.est probatum,aut habuit,sed est reuocatum,& tunc aut est reuocatum expressim,& tūc non repetit,ut d.l.si non sortem.§.q filio.& d.l.qui fundum.§.seruus.Aut mandatum erat tacite reuocatum,tūc aut ꝑp delictum & vitium procuratoris, quia de homine bono & frugis vitæ factus est uilis barator,ita quod dominus si sciuisset prohibuisset,ut.ff.si cer.pe.l.rogasti.§. si fugitiuus.ff.de sol.l.cum cornelius.& tunc secundum Dyn.& doc. repetit nec sibi prodest ignorantia iuris,ut supina,& in quasi iure naturali,aut non ꝑp eius vitium,sed bona gratia mandatum tacite est reuocatum forte eius manumissione.ut ff.de solu.l.si qs seruo,vel mandantis morte,& tunc si soluens etiam in iure nō errauit,non repetit,qa donare vr,vt d.§.q filio.& d.§.seruus.Aut in iure errauit,qa finiri mandatum non credidit, & dicebat dominus meus qđ repetit,quia nulla est præsumptio donationis, & quia iuris ignorantia prodest,& hæc duo membra prob. glo. in l.cum pater.§.Meuius.de leg.2.& si dubitetur an errauerit in iure,uel non,consideranda est ætas sexus & peritia, vt ff. de iur.
a & fac.ignor.l.regula.cum ibi not. & est expeditus passus iste. a

Opp.vi & ab extra,qđ tex.male dicat,nec maifeste, qa implicare vr ꝙ ēt pœna furti manifesti locū habeat.sed hoc est impo se obsistente ꝯriorū rōne:vt sup.e.l.de his.ergo &c.Sol.qđ hic nō implicat, sed stat in vi simplicis negatiua, & hoc qa implicatū non pt cū implicāte simul stare seu verū eē. aliās implicaret. vt no. i
7 fi.s.de dona.añ nup.l.si filius.& ff.de iu.om.iu.l.& qa.† Op.tūc.vj.
b ꝙ depositū recipiēdo,cōmittat furtū manifestū, b ex eo ꝙ furtū fecit pñti & videti,qa soluēti,& numerāti,& sic manifestus debet dici, ut insti. de obl.ex delic.§. manifestus.Sol. ꝙ in materia nřa furti,manifestus est fur,ꝯ quē est acclamatū,& obuiā itur:& sic occurrat ad eū apprehādēdū,& meticulosus nō sit, q eū uidet:ut ff.e.l.si qs in seruitute. §.j.& ff.de ꝯdi.furti.l.siue.nec curo,an sit ꝑsonaliter deꝑhēsus cū furto: ut ff.e.l.3.uel ꝑp clamorē furtū dimisit,& aufugit,uel cū furto fugā uelocius arripuit: ut d.l.si qs in seruitute.& sic dēt intelligi.d.§.manifestus. ut ibi colligit ex ꝑcedētibus.in casu nro nō fuit acclamatū, nec occursū, imo nō intelligebat sibi furtū fieri. unde nec eū uidisse ur, nec debitor q soluit ut furē cognouit: iō fur nō est manifestus, ut
c hic.Extra aūt materiā nřam alias accipit manifestus,ꝑut est qualitas ꝑbationis, seu delicti ꝑbādi.ut in l.ciues. j.de app.& l.ea qdē.j.de acc.& aliter sumit ꝑut est qualitas coherēs usurario manifesto,q ex actibus pluries frequētatis ꝯsciētiā multorū latere
8 nō pt,ut extra de usur.c.quā q̄.lib.6.† Op.7.cū gl.2 ꝙ depositari9
d non agat furti:d ut ff.e.l.eū q.§.is apud quē.Sol.qđ licet hic dicat ꝙ ꝯuenit furti: tū nō dr a quo:& iō gl.2 dicit,ꝙ depositarius nō agit,ut in ꝯrio.nisi in se susceperit periculū.ut insti.ui bon. rap. §.sane.qđ latius declara,ut in gl.Sed aduertēdū latius,ꝙ iste tex. duo dicit,ꝙ ad reꝝ restōnē agit,& ad pænā.de primo uideamus, an depositarius ꝑ rei restōne sibi fienda aliquā actionē habeat. & dubiū est:qa dñs nō est,& ꝯdi.fur.nō hēt, ut ff.de cōdi. fur.l.j. nec aliquod ius in re, & sic nō hēt cōdictionē incer. ut in eo.ti. l.& iō.§.Neratius.nec possessionē hēt: & ideo nec triticaria ei cōpetit.ut ff.de cōdi. triti.l.2.& 3. Sed qdā gl.cōmodatario utilē cōdi.fur.cōcedit ut no.in l.q iniuriæ.§.1.ff.e.& sic idē ur posse dici in depositario.Sed illa gl.cōiter reꝑbat, ut dixi.j.eo.l.manife-
9 stissimi.§.sed cū in scđa.† Videamus de iudicis officio,de quo ibi dubitat,& breuiter dico,ꝙ in casibus in qbus statim dicā depositario dari actionē furti, eisdē dico qđ ipse poterit iudicis officiū mercenariū deseruiens actioni furti per ipsum intentare, implorare,ꝑ re sibi restituenda:ut ff.eo.l.interdū.§.qui furē.Nā & si criminaliter eū accusaret,ēt corā iudice criminis hoc petere posset,si res pœnes furē, uel in eius potestate eēt, ut ibi not. Bar.& ꝑ hoc facit.sup.de condi.ob.cau.l.euocādi.& ff.fi.regun.l. 4.& ꝑbat in l.si qs a se fundū.j.ad.l.Iul.de vi.ubi vide qđ ibi scripsi iudicis officiū nobile per te intentandū, dico ei nō cōpetere, dño pñte existente. & probat i l.cū plures.§.messem.ff.locati.sed eo absente dico sibi cōpetere ex illa æquitate:ne res cuius ad eū spectat periculū,interim dissipet: & aliās ꝑp absentiā patris admittit filius,q aliās nō admitteret:ut j.de colla.aut.quod locum. & ff.de iudic.l.si longius.& ꝑp hoc vr quasi casus.ff.de do.l.Aquilius regulus.prout intelligitur quod sola facultas habitandi erat legata,ut ibi sentit Oldra.& Iac.de Are.& tunc iudicis officium cōpetit. ut ibi no.in gl.fi.ꝑ hac parte facit ēt tex. ff.de uar.& extra co.l.de usu aquæ.hoc vr de mēte textus,j. eo.l. manifestissimi,§.sed cū in scđa,qui notanter dixit, quod post exactionē rei dñs uenit,ꝑ qđ ur innuere ꝙ tūc absens fuit. hoc credo qđ uoluit tex. q dixit ꝙ nō facile officiū dat in l.nō tm.ff. de peti.hære. sic supponit qđ qnq; deī.& sic in absentia dñi,qa in pñtia ei9 nō pōt dari.De scđo an depositario deī actio furti, latius extra glo. & doc.distinguo:qa aut qrit de deposito improprio,cuius dñiū statim transit in depositariū,de quo.ff.depo.l.Lucius & loca.l.in nauē saufelli,& ꝙ cōiter hodie fit sup mēsis cāpsorū: & tūc depositario daī,qa tātūdem est obligatus:& sic eius solius est periculū,& solius interest,ergo solus agat:ut j.eo.l.manifestissimi, in prin.& insti.ui bo,rap.§.sane.aut qritur de proprio deposito.cuius dominium residet pœnes de ponentem,& tunc depositari9 nisi susceperit periculum:& idem:ut d.§.sane.aut in se periculū non suscepit,& tunc aut fuit in dolo,aut in culpa.Si in dolo, aut dolus iste tendebat ad priuandum dominum re deposita,quod pōt ꝯtingere,uel quia rem ipsam ex proposito a misit,uel eam dimisit inter latrones,ut eā interciperēt,uel ipsemet eam ꝯtrecta

ADDITIONES.

a Et est expeditus passus iste Adde,quia hic tangitur materia repetitionis indebiti soluti. Tu dic breuiter quod ad hoc ut solutum, ita repetatur, duo debet probare, qui illud repetit.s.quod illud sit indebitum,& quod ꝑ errorem, vel ignorantiam soluerit.ita no.Bal.in l.cū te non solū.nu.3.& ibi posui in addi, ad ipsum in uer. per ignorantiam.ubi ēt tetigi post istum.sup.de neg.gest.
b Furtū manifestū.fur manifest9 qs dicaī.Vi.Bar.hic,& i l.1.ff.e.& Bal.hic.i 4.op.
c Aliās accipitur manifestus.breuiter qs dicaī fur manifestus,uide Bar.in l.ij.ff. e.l.in seruitute.§.itē sufficit.e.ti.Bal.no.in l.siue manifestę.ff.de cōdi.fur.vbi dicit qđ non requirit eius apprehensio,sed sola acclamatio sufficiat. idē no.i l.si qs in serui.§.1.ff.e.itē qui cū re furtiua in domo est deprehensus.notaui i addi.ad Bal.in l.si q̄s.§.si unus.i uer.eēt deprehensus.ff.e.in tex.oīno,no.post Bar.in l.ij.eo.ti. Ioan.de Imol.in l.fi.ff.de hær.insti.& Bal.in fi.sup.de proba.
d Non agant furti. An depositarius habeat actionem fur.uide Bar. in d.l.eū qui. al.in tex.ff.de fur.

ctauit, ut sibi cā lucrifaceret:& tunc non ageret furti,ut l.cū.§.
is apud quē.ff.e.& hæc ne ex dolo suo lucret,vt ibi.l.itaq; fullo, ī
e. ti.& in primo exēplo. est ēt alia rō,qa euenit ꝙ ipse voluit, &
affectauit,unde ꝯqueri nō pōt,vt l.cū donationis.§.de trāsa.aut
iste dolus non tendebat ad priuandū dn̄m re deposita;sed solū
ad lucrū alicuius vsus tempora ne ipsius rei, & ad hunc finē tm̄
cōtrectauerat,& hoc cōstat, puta rem illā alteri commodando,
vel sibi vtendo,& tunc talis dolus non obest ei,quominus ꝯ po-
stea furantē agat furti,ut l.qui uas.§.si ego.ff.e.Et est rō,qa licēt
teneat furti,tn̄ nō cogitauit respectu proprietatis rei dolū com
mittere, igit circa duplicationē,æstimatio eius non debet esse
impedimento.In dubio vero sibi utendo credit dn̄m ipsa re pri-
uare voluisse,non quando alii ꝯcessit vtendā.Et ita glo.in d.§.is
apud quem,Si uero fuit in culpa tm̄,& tūc aut leui,qa tūc sua n̄
interest,cū de leui culpa nō teneat furti & nō agit,ut ī.e.l.mani
festissimi.in prin.aut fuit in lata culpa,tūc dicūt,ꝙ nō agit:qa la-
ta culpa equiparat dolo:ut ff.depo.l.qd̄ Nerua,aliq ꝙ agit;qa do
lus furis ꝑponderat suæ latæ culpæ.l.itē si obstetrix.in fi.ff.ad l.a
quil.istā partē teneo.& specialiter induco:qa creditor re pigno
rata nō pt ut ff. e.l.si pignorata.& insti.de obli.ex de.§.placuit,si
culpā cōmittat pp quā res pignorata subtrahat, & sic debitori
teneat,solus agit furti;ut ff.eo.l.creditoris.& no.ī.e.l. manifestis
simi.§.j.in fi.gl.magnæ. Nō obst.d.l.qd̄ Nerua.qa loqtur ut pari-
ter de dolo, & lata culpa teneat dn̄o,sed nō pariter culpa,ut do-
lus,excludit culposum ab agendo ꝯ tertiū,aduersus reū cōmit
tentē dolū:vt patet ex prædictis. Et diuersitatis est rō;qa culpa
licet lata nō emanat,nec dirigit directo ad priuādū dn̄m re sua;
licet diligens paterfa.cogitasset hoc euenire posse.facit qd̄ ꝑxi.
dixi de dolo nō repellente,qn̄ nō tendit a priuandū dn̄m ꝑprie
tate rei suę.Itē nō ob,ei qd̄ dixi dolū nō repellere depositariū,vt
ff.de vi & vi arma.§.q vi a me,& ibi not.Vel dic,ꝙ ibi uiolentia;
q̄ in ꝑsonā infert,pro quā si expulsus,licet & ipse fuisset uiolen-
tus,non ageret, impunita remaneret, & commodum excluso
nō auferret,hic in furto qd̄ concernit personā , & ꝑ cuius pæ-
na hic agit.Iuxta ꝑdicta,vt euacuet materia. Quæro in quo casu
depositario det actio furti,qd si dominus,& ipse cōcurrāt ꝯ furē
an ꝑferet depositarius,ad instar creditoris,vt ff.e.l.creditores.an
demū si est soluēdo,ad instar fullonis,vt ff.e.l..taq;.an domin⁹,
sicut hodie ꝑfert cōmodatario,vt ī.e.l. manifestissimi.§.j an qui
ex eis prius fuerit litē ꝯtestatus,vt in duobus reis creden.ut ff.de
duo.re.l.ex duobus.Et vr̄ fuisse de mente Iacob.Butriga.in ead.l.
manifestissimi.§.j.qd̄ de eis iudicet in duobus reis credendi.Ego
distinguo tres casus.Nam aut depositū est factū gratia deponē
tis tantū,& tūc depositarius ꝑferat.nā fm̄ gl.dn̄s ꝑferet cōmoda
tario pp liberalitatem quam exercuit in eū,vt no.in d.§.j.sed de-
positarius fuit ille,qui erga dominū fuit liberalis,ergo,&c. Aut
depositū fuit factū gratia depositarii tm̄, vt qn̄ sperat transire ī
mutuū gratuitū:ut sepius allega.l.si quis nec causam.& tūc pre-
ferat dominus,sicut in commodato dicitur,aut fuit factū gratia
vtriusque,qa sperat transire in mutuum feneratitium.tūc distin
gue,vt in fullone,& hæc de materia depositi. Nūc de furto æris
10 alieni.†Et oppo.ꝙ nedū si exegit,sed ēt si a sponte soluente rece
pit furtū cōmittat,ut ff.eo,l.falsus.§.j.& de cōdi.furt.l.quoniam.
Sol.confitendo,ut in gl.super ver.exigendo.& qd̄ ibi dicit spōte
dedit.i.soluit.& sic,ꝙ hic dixit exigendo,quod fit ab inuito,& in
iudicio,ut l.fideicōmissa.§.si rē.de lega.iij.causa dubitationis tol
lendæ dixi;& sic non resultat argumentum a sensu cōtrario, vt
ff.de reg.iu.l.quę dubitationis. & præstat ista gl.argu.bonum,ꝙ
ꝑcurator datus ad agendū, & exigendū simul,imo ad exigendū
simpliciter datus,intelligatur,etiā multofortius datus ad recipiē
a dum a sponte soluere volente.Nā exigere est a ab inuito extorq
re per modum cōtentiosę iurisdictionis,vt d.§.si rem.& si potest
recipere ab inuito,vt ibi,fortius a uolente,qa illud verbum im-
plicat,ꝙ si non vult soluere,tunc exigant in iudicio,ut d.§.si rē.
realis enim solutio & satisfactio est illa quæ principaliter est de
ducta in mandato,ut infra,de noua.l.nō abstulit.& infra.de sol.
l.inductū.& ff.de pigni.acti.l.solutū.§.solutū.& ff. de sol.l.si quis
seruo, & ff.de fur.l.si qs debitorē. & sic non curamus de modo
expresso,de modo contentioso facta est ad fortificādum, & ma
iores uires tribuendum,& non ad diminuendum,uel restingē-
dū potestatem solutionis recipiendæ.Nec ob.glo.in l.non solū.
ff.sol.matr.quæ vult,quod habens potestatem exigendi,nō pos-
sit solntionem recipere,quia non bene dicit, fm̄ doc.ut ꝑbant
11 iura.ꝫ.alle.†Op.ix.& extra,ꝙ exigendo non possit furtum com
mittere,qa iudicis sententia facit eum iuste possidere,vt ff.de ac
qui.possess.l.iuste.& l.Pomponius.§.si iustū.imo & dn̄iū transfer
ri.ut ff.de pub.l.sunt,& aliæ.§.fi.& indebitū facit debitum, ut ff.
fam.erc.l.cū putarē.ꝫ.de condi.indebi.l.j.Sol. quod ibi suo nomi
12 ne egit,hic alieno.† Item ibi sententia est aliqua, hic nulla.quia
cū falso ꝑcuratore lata,& ꝑcessus totus:vt l.licet. ꝫ. procu.cum
ibi no.Op.x.ꝙ tex.nō bn̄ dicat ꝯ dn̄i volūtatē; qa ēt dn̄o expres-
sim nō ꝯdicēte cōmittit furtū;ut.ff.e.l.q vas.§.vetat.Sol.vt i seq.
gl.nā aliq hn̄t circa aliā,ꝯ,tn̄ est idē sensus: qa in hac materia oē
13 ꝙ est citra est ꝯtqa sp ꝑsumit dn̄s vetare,ut d.§.uetarē.†Ex ista di
b ctione citra b hæc,no.qa qn̄q;adijcit loco,vel tpi,qn̄q; sensui,vel
voluntati.Primo casu,aut adijcit cū copula, ut possedit a tali lo
co & citra,vel a tali tpe & citra & tūc significat loci,vel tpis extē
sionē:aut sine copula,& tūc significat loci,vel tpis separationē,
vt ex.de ꝑc,c,licet cām.& ibi ꝑ Host.& Ioā. And.in nouel.& per
Bart.ff.de vsur.l.Celsus.in q.2.Secūdo casu de ꝑprio significato
notat quoddā mediū inter velle & nolle,seu inter ꝯsensū & ꝯdi
ctionē,Sed de mēte ꝑferētis & iure interꝑtata,attribuit qn̄q; al
teri extraneorū,fm ꝙ ī illo brocardo,an q tacet dicat ꝯsentire,
vel ꝯdicere.dixi in l.inuitus.C.de ꝑc.in materia nr̄a ; qa materia
est incōmodosa,seu ꝑiudicialis,& dānosa,accipit ꝑ ꝯ.vt in hac gl.
& tex.Op.11.ꝙ Imperator hic imꝑfectū sanxerat ꝯ.l.pe.in fi.ī.ad
Sil.dicit.n.hic & cōuenit,& nō declarat a quo.So.supplēdo,& in
seq.gl.quia a soluēte.erat.n.ꝑ aliā.l.declaratū,quia ꝑ l.falsus.§.j.ff.
e.& intellige in soluēte ęs alienum,quia in depositū restituēte,
dic ut ꝫ.Op.12.quia ēt soluēs nō agat,vt ff.e.l.si vēdidero.§.si Ti
tius.& de ꝯdi.inde. l.si procurator. Sol. ꝙ ibi dn̄s ratum habuit,
vnde actio euanescit,vt sequit in gl.vsq; ad vers.huic.& est rō,qa
retro procurator fingit,ut ꝫ.ad maced.l.fin.& sic soluēs liberat.
14 †Sed hic attēde quia ubi extra iudiciū spōte fieret sol. gl. ꝑcedit
sine scrupulo, vbi aūt post sn̄iam;& sic ꝑ sn̄iam soluit, incidim⁹
in dubiū,an sn̄iam latā in fauore falsi ꝑcuratoris dn̄s possit hr̄e
ratā,de qua gl.sunt ꝯriæ,vt scripsi in l.si tutor. ꝫ.in q.cau.ī integ.
resti.nō est necessaria.de quo dic,ut ibi.vel illa locū hn̄t qn̄ post
sn̄iam ad vlteriora nō est ꝑcessū; hic vero ad solonē , quā suffi-
cit ratā hr̄i,ut euanescat soluenti actio furti , & sic ibi de viribus
sn̄iæ,hic solonis tm̄.Vnū tn̄ reduco ad memoriā,ꝙ impetratio-
nes factæ a falso ꝑcuratore in romana curia nō pn̄t hr̄i rate , ut
ex de resc.c.ex parte decani.Et ibi no.in gl.fi.& ēt ꝑ In.vbi vide.
Op.13.ꝙ furtū nō cōmittat,qa ꝯ eū dat ꝯdō indebiti,& ob cau.
vt l.creditoris.ꝫ.de cōdi.inde.& l.si ꝑcuratori falso,ff.de cōd. ob
tur,cau.& q̄libet illarū ad dādum seu reddēdū,& sic supponunt
ꝑ solutionē dn̄iū fuisse in recipiēte trāslatū, & ꝑ ꝯns furtū non
fuisse factū,qa nō fuit rei ꝑpria,sed alienæ;vt patet in diffinitio-
ne furti.ff.e.l.1.§.fi.& solue dupliciter,vt in gl.Primo distinguen
do,ut in ea,vsq; ad uer.illud est notādū . Scd̄o respū Mar, ab illo
ver.vsq; ad ver.si n aūtē.sed anteq̄ examinemus distinctionē glo.
examinemus solutionē Mar.& fm qd̄ gl.hic refert Mar.dicebat
ꝙ dn̄io trāslato ꝯpetit ꝯdō ob cām & indebiti, & nihilominus
furtū ꝯmittat,iō actio furti,& ꝯdō degn̄at ꝯ furē ejus odio, ut l.
si.ff. vsufr.quēad,caue.& aliter nō ꝑsequit. Et qa ista uerba sunt
ipsa veritas sane intellecta,iō ꝑmittam⁹ sensum verū istorū ver-
borū;qb,dr oīs ꝯdictio degn̄at ꝯ furē.& doc;igrūt,ꝙ eorū sēsus
ē vt q fur ē oī specie ꝯdictionis teneat ad poss.rei furtiuæ dādū,
vel reddēdū. Et ita soluūt ꝯria ꝑdicta negantes ꝯdictiones alias
ꝑter furtiuā dari ad rei restōnē,ꝙ nō puto verum, sed dicō ꝙ il-
la condictio,q̄ dn̄io trāslato daret ad dādū: illa ꝯ furē dat ad re-
stituēdū,& alia non.Et claritatis cā, vide exemplā . pone Titius
subtraxit Caio librū de studio,Caio dabit cōdi.furti, ad restituē
dum,& cōd.sine cā,& triticaria,& certi ꝯdictio generalis,& oēs
dabūtur ad restituēdū.& hoc in odiū furis,& degenerat ꝯ natu
rā sui generis.facit,quia condictiones inuentę sunt,vt detur,vel
reddat,non vt restituat,ut inst.de act.§.sic itaque.Cōdictio autē
indebiti,uel ob cām isto casu n̄ dabit,qa illæ solutionē,vel tradi-
tionē ex parte agentis supponunt. Sed in eis vide exēplū. Titio
creditori meo putatiuo ī cētū,simulāti se creditorē eē,solui cē-
tū,furtū ꝯmisit,ut l.falsus.ff.e. habeo cōdi. fur. & alias quas ꝑxi-
me dixi; & ultra illas habeo condictionē indebi. & non ad red-
dendū,sed ad restituendū ; quia illa dominio translato datur ad
reddendum condi.ob cau.pone exemplū in l.si is cui. ꝫ.eo. & in
illo casu daret condictio ob cau.ad restituendū,& cessaret con-
dictio indebiti , qa illa supponit solutionē ex causa de ꝑterito ꝑ
quā se putat immediate liberatū.ista no.qa vera origine fuerint
mea.Nunc aūt mā sic declarata , reuertor ad distinctionē gl.&
illā dicā verissimā in casu certi.In dubio vero gl.non procedit.
15 † Et vt clareat quæro,an in dubio per simplicem solutionem fa
ctam simplici procuratori, uel in rem suam, intelligatur domi-
nium esse translatum.& dn̄t communiter doc.ꝙ sic,qa volūtas
trāsferēdi non deficit ex parte soluētis, qa putauit se statim libe
ratum;ut l.vero.ff.de sol.nec ex parte recipiētis, qa & ille sibi il-
lud

ADDITIONES.

a Nam exigere est. Adde ꝙ fallit in casib.per gl.ord.in l.soluendo.ff.de neg.gest. gl.& Car.in cle.fi.de cens.item quomodo ponatur,vide per Bal.hic itē adde ꝙ quandoq; exigere est recipere a sponte soluente. l.si cum dotem. §.si post. & ibi Io.de Im.sol.mat. & per Bar.in l.1.vlt.col.sup.de sent.Alex.in l,hoc iu re.de sol.item vide gl.in l.1.sup.ꝙ me,cau.

b Citra.Adde Bar.in l.indicia.sup.de rei ven.circa fi.ver.sed nunquid.& in mat. ver.clausula.& ver.pe.Inn.in c.inter dilectos.in 1.col.in gl.sua. in ver.40.an. de fi.instr.Abb.in c.4.col.in prin.in ver.9.& tene menti,de proba. & ibi Bu. timo.Lanfr.in c.quoniā.ver. hic testes.& ver.super ista.de prob.Bar.in l.ait ꝑ tor.§.quod autem.de aqua quo.& æsti.& adde Bal.hic col.3. op. ꝙ quandoq; ponitur pro contra.& est nota veritatis,quandoque pro extra,secundum Aulum Gellium lib.11.c.13.

c Adde de hac dic.circa.quid importet,& quid denotet,vltra hic notata per do. coapostillatiorē meum Bar.in l.Celsus.ff.de vsuc.Gul.de Cu.in l.1.ff.de pig. ac eundem,& Alex.in l.si post tres.ff.si quis cau.dixi post Bal.in l.iudicia.nu. 7.ver.sed nunquid.in ver.& si copula.sup.de rei ven. & post Bar.in l.ait præ tor.§.autem.ff.de aqua quot, & æstiua.

lud q̄ri voluit.ergo dicendum est transferri;vt insti.de re,di.§.ꝑ
traditionē.& ff.de iur, do.l.dotis fructus.cū l.seq. & ff. pro dote,
l.j.in quibus,patet quod dominium transfertur. Item quia licēt
error in substantia personæ,impediat translationem dn̄ij, ut ff.
de fur.l.si quis vxor.§. cū Titio. non tamen error in qualitate ,
vel accidenti,ut eo,ti.l.falsus.§.si quis, nihil.in ꝯ.induxit Barto.in
ea.l.falsus.in princ.ubi creditor putatiuus in cuius persona non
erratur,sed in qualitate,vel accidenti,quia creditor putatiuus ꝯ-
mittit furtum. & per ꝯsequens in eū ex simplici solutione non
transfertur dominium,quapropter ipse sic distinxit,aut ꝑcura-
tor falsus prouocauit,& incitauit debitorem ad soluendum,&
tunc furtum cōmittit , ut hic,& d.l.falsus. ideo dominium non
dicitur in eum traslatū,aut eꝯ debitor prouocauit,& verba mo
uit,& tunc dominium transfertur,& furtum non committit,&
ita intelligit.l.si procurator.versi.idem.ff.de condi.inde.& hanc
distinctionem dixit probari in l.falsus,in princ.dum dicit se simu
lat creditorem.hæc distinctio non probatur.l.nec ratione , imo
dico,quod d.l.falsus,in princ.dum dicit,ipsam destruit, & cōfun
dit.Nā sic,simulat prouocatus,sicut prouocans, dū affirmat se
esse qui non est.& sic esse uerum quod sit falsum,ut ꝫ.de trāsa.
l.cum ea.& ī.de cri.stellio.l.j.& probatur.ff.de dolo.l.j.§. dolum,
in prin. coniuncta.l.pen.in eo.tit.ubi cōuentus asserens se dolo
possidere dicitur simulare , & simulando dolum committere,
Hoc etiam probatur.ff.pro emp.l.qui fundum.§.seruus.ad fi.di-
co etiam quod dicta distinctio est ꝯ tex.l.si urbana.4.rn̄.ff.de cō
16 dic.inde.coniuncto fin.& quod ibi no. † Credo tamen ꝙ domi-
nium non transferatur in procuratore simplici , satis hic casus
est,ꝙ hic soluit ei vt procuratori vero,& simpliciter, nō autem
ꝙ portaret ad dominium,quod patet, quia per iudicis sententiā
soluit,& furtum cōmittit. Similiter satis est casus in l.cum qs. §,
j.ff.de sol.ubi si procurator falsus,quia sciebat mādatum reuoca
tum bona fide recepit,statim liberat debitor,si mala nō liberat.
sed recipiens furtum committit. & ibi uterq; casus de eodē mo
do facta solutione loquitur,& sic de vniformi,non difformi,&
sic totus in simplici,quia si ut portaturo ad dominum soluisset,
bona fides recipientis non faceret statim eum liberari.Similiter
dico,ꝙ casus est satis apertus.ff.e.l.si uendidero.§.si Titius.versi.
falsus autem.qui vult,ꝙ siue soluēs erret in substantia ꝑsonę,ip
sius falsi ꝑcuratoris,siue in ei⁹ qualitate (si qualitas dici hoc de
bet)furtum ei cōmittatur.ut hoc probat ibi implicatiua,quoq;,
q̄ implicat idē ius quod est in explicito,sup.ꝙ met.cau.l.3 . cū ibi
no.in gl.Nec obst.taxatiua,seu limitatiua ita demum.ibi posita,
quia alios casus excludit,quibus dici possit falsus ꝑcurator , nec
furtum cōmitteret,puta si non esset dolosus,quia literę falsę sic
fabricatæ ei fuerūt traditæ,vel si mandatum fuisset reuocatum
morte,ut in casu l.eius qui in ꝑuincia.ff.si cer,pe.Similiter dico
aperte probari in l.3.§.fin.ff.de don.inter vi.& vx.& qa tex. sup.
allegatus loquitur in ꝑcuratore simplici , ideo in ꝑcuratore in
rem suam idem probo.Nam negari non potest,quin se simulet
creditorē. ergo sequitur quod furtum cōmittit , vt d.l.falsus. in
princ.& sic dominium non transfertur , & manet non soluētis,
ut d.l.3.§.fi. Confirmo,quia saltem quo ad se indebitum recipit
vt sibi debitum & scienter, ergo furtum commisit ut ea. l.fal-
sus.§.si is qui.tam in procuratore simplici q̄ in rem suam.Con-
firmo per aliquas rationes. Primo quia soluens non agit ut ꝑcu
ratori simpliciter quæratur,sed ut per procuratorē domino,ut
ff.de dona. l.qui mihi donatū. cum ibi no.& de sol.l.uero.falsus
autē procurator non recepit eo aīo , & proposito,sed ut sibi q-
ratur,& ꝫ.lucretur.ergo dominium in eum non transfertur,cū
voluntas utriusq; quæ est immediata causa transferendi. ut in-
sti.de re.diui.§.per traditionem. non concurrat in eadem perso
na,ut ff.eo.l.si quis uxori.§.cum Titio.Et sic non obst. prima rō
in contra.facta.Sol.quia ad translationem dominij debet cōcur
rere voluntas vtriusque in eadem causa transferendi,ut l.si ego,
ff.si cer.per.sed hic non concurrunt, sed diuersificant. ergo &c.
Quod diuersificent patet,quia soluens agit trāsferre ex cā debi-
ti dissoluendi , recipiens vero recipit ex causa recipiendi, & sibi
lucrandi,licēt simul & ex eadem causa reciperet, simulatū autē
non attenditur,sed quod agitur,ut sup.plus uale.quod agi. in ru
bro,& nigro.Tertio,quia qui soluit alicui , ut tali,conditionali-
ter,& tacite videtur velle in illum dominium trāsferre , & ab se
abdicare.l.si ille sit talis naturæ,vel recipientis oppositæ,qa non
est credendum in fraudulosum cōmodum velle transferre,& se
damno afficere , cum actus ille solutionis, fiat ad commodum
cōsequendum,& sic non debet operari oppositum , ut l.2. & in
l.3.ad fi.sup.de iu.cal.Quinimo si alterius opi.esset,nec liberaret,
nec repeteret,ut dixi sup.in 2. dubio ad declarationē quartę op
positionis formatæ.& hæc fuit ratio quare furtum dr , & domi-
nium apud soluentem permanere,ut inquit tex.in d.l.3.§.fin.de
do.inter uir.& uxo. Quarto quia quoties quis mediante aliquo
vult dominium alicuius rei in alium trāsferre , illius rei dn̄ium
nō perdit,donec quæsitum sit ei in quē transferre disposuit, ut
in tex,notando.ff.ex quia.cau.maio. l. nec utile. sed soluens me-
diante tali ꝑcuratore, voluit dn̄ium in creditorē trāsferre; & tn̄
nō trāstulit,qd̄ patet,qa si liberationē ꝯsecutus nō fuit,ergo pę
17 nes soluētē remāsit. † Restat rn̄dere ad rōnē quā doc.faciūt de
errore qualitatis, Nā respondere possum.Primo, quod licet sit
error in substantia persone, tamen propterea non est error in
qualitate,sed magis in substātia eius,de quo agit.s.in subiecto,&
substātia procuratoris,vt ꝑbari pt ex doctrina tex.in l.in uendi-
tionibus.ff.de contrahē.emp Scd̄o supposito,ꝙ error qualitatis
dicat.Resp,ꝙ qn̄q; qualitas & accidēs, in quo tradens errat, ex
quo recipiēs dolū & fallaciā cōmittit, nō cōcernit substantiam
obligationis,vel debiti,nec causam ex qua,vel pp quā tradit,sed
aliud qd̄ extrinsecū,& tūc,dn̄ii translatio nō impedit,vt l.falsus,
§.si qui nullus.in contra,alleg.Qn̄q; talis actus respicit substātiā
obligationis,vel debiti,seu causam ex qua seu pp quā tradit , ut
est in casu nostro,& tūc dominij translatio impeditur,ut in legi
bus,& rationibus pro ista parte allegatis.in l.dotis fructus.Et ad
l.i.de vsu.pro dote.Rn̄.qd̄ ibi in nihilo errat,& volūtates vtriusq;
concurrunt in eadē ꝑsona,& cā,& titulus erat habilis ad trāsla-
tionē dominij,ideo transfert,ut l.traditionibus.ꝫ.de pac.& ex ꝑ
dictis patet quod solutiones hic datæ per gl.non fuerunt neces-
sariæ,& diuināt,licet in se sint verę,nam & l.creditoris.ꝫ.de cōd.
indeb.potest loqui in procuratore simplici æque bono, sicut in
procuratore in rem suam.Et sic soluendo ꝯrium dicamus , aut
res vel pecunia extat,& competit condi fur.& condi.inde.ad re
stituendum,vt certæ condōnis,de quibus.ī.dixi & hoc ideo,qa
furtum fecit,ut hic,aut est pecunia cōsumpta,& tūc quia medi-
ante possessione in eum translata,dominium consumendo q̄si-
uit,vt l.si alicui nummi.ff.de sol.recōciliatur indebitū, & condi-
ctio indebiti,nunc dabitur ad reddendū, q̄ prius dabat ad resti-
tuendū.ut ff.de condi.inde.l.indebiti.§. sed si nummi. ubi gl.no.
ꝙ indebitū reconciliatur consumptione. Ad l.si procuratori fal
so.dico quod gl.non bene respondet, dum dicit , ꝙ ibi dedit eo
pacto,ut faceret eū liberari,quia si sic dedisset,ratihabitione se-
cuta,non propterea liberaretur , qa ratum habere ur̄ eo modo
quo est gestum,sed gestū,siue solutū est,eo modo,ut faciat libe-
rari,si non ex illa solutione sit liberatus,ergo patet ꝙ illi legi, q̄
dicit rathihabitatione secuta eum liberari,non conuenit,sol.ꝑ-
dicta. quinimo nec posset ratum haberi,qa suo noīe nō fuit ge
stū,ut ff.de neg.gest.l.si pupilli.§.sed si ego,& §. conq̄ritur. Ideo
soluo aliter uidelicet,quod simpliciter soluit, & recipiens furtū
commisit.ideo si extat datur condictio ob causam,sicut furtiua
ad restituendum:& ea consumpta datur ac reddendum,quia ip
sa consumptione reconciliatur.ut no.gl.in l.3.§.subtilius.ff.de ꝯ
dic.ob cau.Nec ob,si dicas, tu dixisti dari condictionem indebi.
ut in sol.contrarii de l.creditoris.Nunc dicis dari ob causam,qd̄
non potest esse,cum una supponat datum prætextu causæ præ-
terite,altera future,ut ff.de condi.inde.l.damus,& ff.de cōdi, ob
cau.l.1.quia respondeo,quod hoc euenit diuersis respectibus,&
secundum diuersas formationes libellorum , quas subiicio. Nā
ꝯdictio. furti dicet simpliciter, ego solui decem , Titio asseren-
ti se procuratorem Caij,cui ad decem teneor. Titius ꝑcurator
Caij non est,nec tunc erat,& hæc ēt sciens,ut ꝑcurator,recepit
pp , qd̄ furtū cōmisit, quapp mihi domino remanēti peto illū
mihi cōdemnari ad illorū.x.restitutionē.ꝯdictione indebiti, qd̄
solui Titio decē putās me ei ita ad soluēdū , tanquā ꝑcuratori
Caii teneri, cui teneor ad x.& putans me ꝑ talē solonē statum li
beratū.Et quod ipse se sciens ꝑcuratorē non esse,sed simulās es
se,illa recepit,pp qd̄ furtū commisit,quare si extat ꝑ ꝯdictionē
indebiti,peto illū mihi ꝯdemnari ad restituēdū , & si cōsumpta
sunt,ꝑ condōnē iudebiti,ut totidē mihi reddat.In ꝯdi.ob cau. n̄
facerē mentionē,qd̄ putauerim me teneri,sed ei cui solui,ut eo
mediante cōsequerer liberationē a Caio,quā nō sui cōsequut⁹
qa falsus erat procurator, & sciens furtū commisit. unde si ex-
tant peto eū condemnari ad totidē reddendū, & si consumpta
sunt peto eum condemnari ad totidem reddendū per cōdi.ob
cau.& pro hoc facit.ff.de cond.ob cau.l.3.§.si quis quasi.Sed, qa
dubitari posset,quid erit,pecunia consumpta,de condic.furtiua
quę prius competebat.Respon, quod illa durat , ut l.in re furti-
ua.& l.si seruus.§.bonæ.ff. de cond.fur.Nam licēt alter dn̄s,sit fa
ctus hoc euenit absq; facto eius,ideo nō expirat,ut l.i.in prin. &
reprobant hæc,ff.e.l.si uendidero.§.si titius.ubi ratihabitio sup
ueniens, facit ratum habentem teneri cōdictione indeb. & ni-
hilominus durat condictio furti cōtra procuratorem falsum,&
illum tex dixerunt doc.aliqui alibi nō reperiri , secus si de facto
soluentis hoc euenisset,ut l.siue manifestus.ff.de cōdi.fur.& hęc
sufficiant repetita.

SVMMARIVM.

1 *Consilia probitati contraria puniuntur.*
3 *Affectus punitur,effectu non secuto.*
3 *Extensio quando fiat in statutis contrarius commune.*

LEX XX.

a **Si quis seruo.** a Casus in delictis de facili trahibilibus in exemplum, extenduntur regulæ iuris, in odium & pœnam delinquentis.hoc dicit.Et ponit primo thema,& questionem Secundo decisionem. Tertio remo-

ADDITIO.

a Si quis seruo. Adde Azo.in summa.in l,qui seruo.ff.eo.ti.ubi quid de seruo alteri persuadente,ut fugeret.

remouet duo obiecta propter quæ decisio non videbatur bona
1 Secunda ibi, nobis. Tertia ibi, licèt enim. Nota: quod consilia in perniciem probitatis, sunt punienda. Item quod cui non competit diffinitio, nec diffinitum, concordat.ff.de dolo.l. j.§.dolum. Item not.casum in quo quis punitur de furto,& corruptela, & tamē neutrum illorum est in veritate commissum.
2 † Item punitur effectus, licèt non sit secutus effectus,& tamen hic non loquitur in atrocioribus: vt patet ex genere pœnæ. Sed ratio prædictorum est, quæ ponitur hic in fine, videlicet, quādo res est perniciosi exempli punitur factū; licèt nō sit perfectum, & maxime quando animo delinquētis cēsebatur esse perfectū, vt hic erat. Oppo.j.quod responsio nō conueniat interrogato, cōtra.l.j.§.quod autē.ff.de interroga.actio.interrogatur enim hic de qualitate actionis, et đ eius substātia respōdet. Sol.exponēdo quali.i.qua, ut in prima gloss.& in gloss.not.quod illud ad cuius similitudinē aliquid inducitur debet precedere in tempore, vt hic. & ff.de condi.& demonst.l.in testamento. Oppon.qđ imino dominus perdat seruum, ut supra titu.ij.l.4.ad fi. Sol.ut ibi. Quærit glo.cuius rei fiet æstimatio, quia interest: cū seruus fidelior sit probatus. respondet, quia fiet æstimatio, ac si uere corruptus esset, sed tunc dubium, quia actio serui corrupti est pretoria,& ad hanc causā extenditur, de iure ciuili; an actio ista sit directa, vel utilis in casu nostro isto.& dicūt doc.quod utilis, qa hæc extēsio fit ad casū ī quo est minoratio.argu.l.fi.ff.si quadru.pau.fecis.dica.secus si ratio omnino esset eadē, uel maior,
a quia tunc esset directa.l.illud ff.ad l.aqui. Quærit gl.a an dispositio huius.l. habeat locum in filio. & dicit quod sic, quia eadem est æquitas. Ex qua no. quod licèt pœnalis, tamen æqua, quia pro vtilitate communi posita, vt ff.ad l.aqui.l.ita vulneratus.& ibi tex.hoc probat.inducit etiam gl.ff.de ser.cor.l.vt tantum.§. j.vbi dicitur, quod pro filio corrupto competit vtilis,& sic non mirandum, si hęc constitutio extenditur ad filiū, quia per l.antiquam extēditur, quæ vult quod leges loquentes de corruptela serui locum habeant in filio,& sic in quibuscunq; casib.locum habent leges interpretantes,& interpretatę, vt in auth. de filijs
3 ante dota.instru.nat.circa prin.† Ex ista gl.no.quod in statutis, aliqua bona ratione, licet contra ius commune fit extensio propter rationis identitatem, secus si non bona ratione, vt no. glo.ff.de liber.& posthu.l.Gallus.§.& quid si tantum.& quia de ista materia plene scripsi in l.2.§.de noxa.ideo ibi vide. Idem de brocardo ibi an puniatur affectus, licet nō sit secutus effectus, dic, vt scripsi. inf. de sica.l.is qui cum telo. Item, quia hic vides quod opinio persuasoris, qui putauit delictum consummasse preualet veritati, & vides quod hic est speciale, tamen de materia, an in delictis spectetur magis veritas, quam opinio, vel cō, vide quod scripsi.infra.ad legem iuliam de vi publica. vel priuata. le multa.

ADDITIO.

a Quærit gl. Et sic not. quod ista gl. facit quod in criminalibus procedatur a similibus, qđ dicas verum esse quoad æquiparata, siue loquamur in statutis siue in consuetudinibus pœnalibus.tex.est melior de iure ſm Bal.in c.j.§.porro: quæ fuit prima causa benefi.amit.hoc dictum non habet locum, ſm eum vbi duæ penæ imponantur habito respectu ad priuilegium alicuius personę, quia tunc nulla pt fieri extensio de similib. personis, ad similes personas & de casib.ad casus, de isto est gl.ordinaria sing.inst.de ac.§.item mixta.quę incipit, si in iudicio.quam gl.tene menti, ſm Bal. & adde similem in l. fin.in verbo aureos.de in ius vocan. Et vide Fel.in l.hæc actio si quadrup.pau.fe. dic.Bal.in l.illud.2.col.de sacrosan.eccl.& Bar.in l.omnes populi.de iusti.& iu.& ibi per Ale.in vlti.char.& per Bal.in l.2.sup.de pa.qui fil.distra.& do. Ale.post Bar.in l.iura.iuncta.l.non possunt.ff.de ll. & has extensiones de similib.ad similia intelligas procedere vbicunque in statuto, vel lege inest ratio ciuilis vel naturalis, ſm no.per Bar.in l.j.in prin.ff.vti poss.& per glo.& doc.in l.j.e.tit. & per eum in.§.cato, ita videtur velle Bal.in.d.§.porro.item φ extensio statuti ad similia fieri posit, licet sit pęnale. Adde etiam Inno.in c.qualiter & quando.de accu.ar.contra in clem.j.q.j.de consan.& affin.Bal. contra in l.3.ad fi.j.de hær.inst.φ casus penales sunt stricti iuris,& non recipiunt interpretationem extensiuam, nec similitudinariam, ar.l.in testa. la.1. de condi.& dem. quod limitatur per Bal.in d.§.porro. prout supra dictum est. Item ad prædicta adde φ statutum disponens φ in pœnis imponendis procedatur de similib.ad similia, videtur in totum recessum a iure communi, vt per Spcin. consi. 157.in c. præsens consultatio.ver. ſm probatur.ibi, quoniam, in princ.2.colum.2.par.char.x.& consi.265.incip.in causa fratris Andreæ.ver.2.φ vbi in d.parte.char.193.

SVMMARIVM.

1 *Dominus pro furto a seruo commisso conuenitur.& nu.2.*
3 *Possessor bonæfidei qui dicatur: & an noxali teneatur: & an ei competat condictio ex lege.& nu.seq.*
6 *Liber homo non datur pronoxa.*
7 *Dominus, an teneatur pro facto seruitoris sui qui liber est.& nu.seq.*

LEX XXI.

Apud antiquos Primo in seruo bonafide possesso. secundo, in libero, ibi secūda, in versi.de eo autem. prima subdiuiditur. quia primo duas quæstiones. seu dubitationes antiquorum, vsque ibi, cunque generalis. secundo ponit applicationem cuiusdam regulæ quam faciebant antiqui pro decisione dictarum quæstionum, & hoc, vsque ad ver. nos autem. Ibi tertio ponit applicationem quam imperator facit de dicta regula, ex qua concludit decisionem dictæ quęstionis, vsque ad fi. primæ partis.& secunda huius primę partis.& scđa huius primæ potest subdiuidi, vt fi-
1 per litera patebit. Casus. Pro †.furto facto a seruo bo.fi.possesso conueniri potest bo.fi.possessor, furti noxali, quādiu seruū ipsum possidet.& pro furto sibi facto, tēpore quo eum possidet, ꝯ verum dominum non agit, sed furti, pro facto postq̄ eum possidere desijt, furti noxali agit,& pro libero homine non habet locum noxalis actio. hoc dicit, licet ille casus medius sit in gl.&
2 non expressus in litera, sed tacite colligitur ex eadem.† Et pro casus positione premitto, φ pro furto facto a seruo, dominus potest conueniri furti noxali, & hęc ideo fuit quæstio. Secundo φ post hoc fuit regula, quæ dicit, φ eius serui nomine pro quo furti noxali quis potest conueniri, eiusdem serui nomine ipse non agit furti, vt ff.de noxali.l.antepen.& de ista regula fit sermo hic circa princ. ibi, huius hoīs gratia &c. quia ista regula implicitè continet vnum enthimema, i. vnum antecedens, & vnū consequens, videlicet, pro furto serui, potest quis furti noxali conueniri, ergo pro furto eiusdem non pt agere furti noxali ex opposito cōsequentis fuit sumpta alia regula, q̄ est eiusdem serui noīe non potest conueniri furti, & hāc regulam recitat, hic, lator huius.l.in ver.vos autem.ibi secūdum regulā dicentem &c. Dubitatum ergo fuit pp primum dictum, & pdictas regulas ab antiqua prudentia, de duabus quęstionibus post, hic in prin.l,& antiqui in decidēdo fuerūt discordes, vt colligā ex litera.i.dum dicit nostro fædere conquiescat. quidam ergo moti ex prima regula,& ꝯiectura, quam faciebant, ex ea respondendo ad qōnes dicebant, φ quia dominus ex facto serui tenetur, furti noxali, vt præmissi inferebāt, φ bonę fi.possessor, noxalem habet ꝯ verum dominum, pro rebus sibi subtractis, quando eum possedit, & etiam de subtractis tempore quo ab eo aufugit, sed illam non intentabit, nisi qñ seruus sub potestate domini sui fuerit constitutus, & sic soluta erat vna ex quæstionibus,& inferebant solutionem alterius.s.qđ pro furto extraneo facto non poterat ipse furti conueniri ex cōiectura primæ regulę, quę dicit, huiusmodi hoīs gratia &c. Alij forte dicebant contrarium, licet non appareat clare in litera, tñ quicquid de eis fuerit, illi primi supponūt vnū falsum, dū dicunt, φ bonæ fi.poss.competit actio furti, quam intentabit, cum seruus apud dñm erit constitutus, quia hoc falsum, φ ei sit nata, nec competat actio furti, nec nascatur ex post facto, si cut nec vero domino, vt ff.eo.l.serui & filij.in prin.nam bonę fi. poss.pro domino hr̄,& hoc est quod mouit Imperatorem, hic, ideo latius & verius speculando regulā, est sciendum, φ bonæ fin. poss.pro domino hr̄.& dicitur bonæ fid. posses. furti noxali teneri alijs, vt dominus,& hoc quando possidet, sed furti noxalem non habere, pro furto ei facto tempore, quo seruum possidet, & sic habebit locum prima regula. Sinautem postq̄ seruum desiit possidere ei seruus furtū faciet, siue existens apud dñm, siue non, tūc furti noxalem actionem habet,& ideo tūc ab aliis furti noxali conueniri non pōt, iuxta secundam regulam dicentem, qui habet furti actionem noxalem, conueniri nō potest,& ideo isto casu antiqui prædicti tollerātur,& verū dicunt. Et sic distinguēdo tempora concordantur opi. No. tres partes, quæ sunt in summario. Item no.tex.ibi sub manibus constitutis. ad quęstionem, quando dicitur aliquid ad manus alicuius peruenisse. ad qđ facit etiam.ff.de iusti.& iure.l.manumissiones. dicitur enim ad man⁹ eius peruenisse, cū ejus possessionē apprehendit.† Item not.de
3
a scriptionem bo.fi.possessoris. Est enim a bo.fi.possessor q domini cogitatione possidet. Et dicitur domini cogitatione possidere, qui rem tenēt pro sua, & tanquam suā, bona fid.:& dicit pro sua tenere,& tanquam suam, quando fructus pro se,& nō p alio percipit,& alia facit, quę ponuntur in l.Titia.ff.de sol.ubi vid. Itē no.tex.ibi, ex tēpore &c.& illud vulgatū quod dicitur. distinguę tempora & concordabis scripturas & opi. Hinc est φ testes per distinctionē temporum reducuntur ad concordantiam, ne icidant in falsum, ut extra de testi.cum tu. Et no.Bar.in l.j.ff. solut. matri. Non tamen quod probent, quia diuersitas temporū, vel reddit eos singulares, vel contrarios, ut l.q.falsa, vel uaria.ff.de testib. Venio ad glo.& vide secundam, quæ opp.& nō soluit, ideo dic in fi.sol. hic loquitur secundum idem tempus,& eundem respectum unicum & uniformem, ibi secundum diuersos respectus, nam propter factū serui ibi nō ago, sed ex propositione facta de eo, licèt ex facto serui tenear. Vide aliam gl.super verbo p coniecturam.& no.ex ea quod ar.a.sensu contrario venit ex mēte,& nō ex verbis. concor.gl.in l.iure gentium.§.quinimo. ff.de pact.& in l.si quis ex argēta.ff.de eden.& de hoc dixit Iacob.But. esse casum in l pecuniam.ff.si certum petatur.ibi tāquam si sub contraria

ADDITIO.

a Est enim. Quis sit bonæ fidei possessor. Vide etiam per Specu. de fruct.& inter.§.j. maxime versi.item posses.item & ver.sed quando exigitur. vbi ponit a quo tempore exigatur ista bona fides. Item adde quòd etiam bonæ fidei possessor dicitur, qui credit tradentem esse dominum. Bar.in l. si existimas, pro soc. & ad quod dicit hic Salic. adde eund.hic in prin.in 2.no.& ibi Bal. in prima col. ver. item no.& Bar.in l.illud.ff.de pet.hære.& Abb.in cap.consultationem, de iur.patro.

a contraria ꝓdōne &c.& de isto argu. a sensu ꝯrio a sumendo ex l.vel ex statuto, plene scripsi.in l.conuenticulam.§.de epis.& cle.
4 †Glo.in ver.nos autem. Op.quod bonę fidei possessor nō teneatur noxali, ut ff.ad l.Aquil.l.si seruus seruum.§.serui.Sol. primo quod speciale est in aquilia:& hanc approbat Rayn. quod sicut actio.l.Aquil.non datur bon.fi.possessori, sed tm̄ dño, vt l.item mela.§.hæc actio.ff.ad l.Aquil.item nec ꝯ bo.fi.possessorem: sed actio furti noxalis ei, ergo & ꝯ eum. Secūdo sol.quod illa distinguatur p istā.& hæc cōiter tenet p doc. & precedens cōiter reprobatur, cum non sit dare aliquā rōnem spālitatis. nec rō p ea allegata, bona per.l.non solū.ff.de noxa. quæ indistinctè dicit noxalem dari contra bon.fi.posses.ergo & actio.l.Aql. cum sit noxalis. Quærit ea.gl.an ꝯ malefi.possessorē cōpetat noxalis: & dic
5 quod sic tanto fortius, vt ff.de noxa. l. nō solum.† Quęrit sequēs gl.an bon.fid.poss.competat cōdic.ex l.si coloni.j.de agri.& cēsi.lib.11.& dicit quod sic, ad recuperandum eius possessionem, quod quidam fatentur ꝯ aliquos, pręterquam ꝯ dominum, quia ad illos possessio peruenit cum vitio fugæ. sed ad dñm sine vitio, imo si quod erat, purgatū est, quia ammodo, pōt usuca. vt l. si abducta, cū ibi no.§.e.ti.sed gl.ista relata ad tex.sentit qđ ꝯ dñm cōpetat. qđ puto verū, quasi replicatio, seu exceptio dominii non admittat, quia spoliatus prius est restituendus, ut §.de don.inter vir.& vxor.l.si maritus.& j.ad l.Iul.de vi.l.si quis a se fundū. Quæro dicitur, hic quod pro furto facto bo.fi.pos.nō cōpetit ei actio furti. Sed quid si seruus secum rem portauit, quam apud se tenet, uel apud verum dominum? dicit gl. quod tunc dñs tenetur furti, qđ intelligo verū ex ꝯtrectatione, quam facit. si ex antiqua dico eum non teneri, ut §.de noxa.l.j.& insti.de noxa.§. omnis.
6 †Nunc accedo ad versi.de eo autem. Ex quo not.quod liber homo bo.fi.possessus, non datur pro noxa, nec pro eo cōpetit fur-
7 ti noxalis, vel magis generaliter loquendo.† Not. quod dñs p fa-
b cto sui seruitoris liberi hominis, b non tenet.ut hic, & extra de restit.spol.cc.ū ad sedē. fallit qñ ex quasi maleficio tenet, qa tūc tenet immediate ex facto proprio, qa vtit opera malorum, licèt pp factū alienū. quod censet quasi ꝓpirum, ut insti.de obli. q̄ ex qua.delic.nas.§.j.vers.ideoq;. Item no.qđ ad quē casum, non adaptantur verba legis, nec eius dispositio, ut hic.& l.hoc accusare.
8 §.omnibus.ff.de actio.† Item qđ iste possessus, tenet furti bo.fi. pos. Cōtra qđ opp.gl.de l.si libertus patrono.ff.e.Sol. dupliciter. Primo aut modicæ rei facit furtū,& nō tenet, vt ibi, aut magnæ, & tenet hic. Nā furta domestica sic distinguuntur.ff.de pen.l.respiciendū.§.furta. vel secundo hic de libero, quē vt seruum possideo, ibi de libero quē nō possideo,& liberū eē scio. iō nō fit hic distinctio rei magnæ, vel paruę. Iō dic clarius qđ vbi inter furantē,& eū cui furat est uera subiectio,& debita affectio, tūc fit distinctio rei magnæ vel paruæ. ut in gl. ubi aūt est erronea subiectio,& indebita affectio, tenet indistinctè, sit res parua, uel magna, vt hic. Et ī primo mēbro dñt doc. quod pluralitas furtorū, & viliū rerū diuersis tpib. factorū, facit censeri furtū magnū, tū ex rerū cumulatarū æstimatione, tū ex assuefactione vel ꝯsuetudine, ut l.nemo, in fi.§.de epis.aud.& ff.de pe.l.capitaliū.§.gras
9 satores.† Quærit gl.quid si bo.fi.possessor soluit, an ab ipso libero repetit.& resp.gl.qđ sic, ut l.soluendo.ff.de neg.gest.& arg.l.si is qui.ff.cōmo. Sed in ꝯrium inducit.ff.cōi diui.in l.hoc iudicio.& ei non rñ. Sed tene gl.& ei rñ. ſm doc. φ ibi negotium erat alterius re ipsa, hic ipso gestu. ideo repetit quod pro eo soluit, ut ff. de pecu.l.Stichus.§.idem est.& clarius.ff.de li.causa.l.igitur.§. fi. sed actione in factum vt ibi no.& probatur in l.seq.& non actione neg.gest. vt in contrario.& l.quę utiliter.§.fi.cum ibi no.ff. de neg.gest.&c. Sali.

ADDITIONES.

a De isto arg.a sen.contrario. Tu vide de illo ultra no.hic per Bal.nu.j.& 2.& vtrobique in a post.Gul.de Cug.in alleg.l.cōuenticulā.nu.j.& in apost. in ver. semper concludat.ro.fin.suo.106.inci.tu habes & cōiter tenet Corse.fin.suis in ver.arg.Fel.in c.Ecclesiæ sanctæ Mariæ.col.23.post medium.extra de consti.& in c.significasti.ad fi. ver.ab hac aūt restrictione extra de foro compe.
b Pro facto sui seruitoris liberi hominis. Tu vide de his vltra hic no.per Bal.nu. 5.uer.item no.in fi.huius l.φ no.idem Bal.& Bar.& doc.in l.j.§. familiæ.ff. de pub.ubi est materia peculiaris huius quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti datur, interesse ex causa honesta prætendentibus.& nu.seq.*
5 *Actio furti an competat ratione custodiæ.*
6 *Actionem vnam de pluribus eligens, an sibi prędiudicet in alijs.*
7 *Actio pœnalis quomodo per persecutoriam tollatur.*
8 *Actio furti, an simul domino commodanti & commodatario, contra furem competat.& nu.9.*
10 *Commodatarius rem & pœnam a fure consequens, non tenetur domino pœnā restituere.*
11 *Commodatarius, qua actione agere possit ad rem commodatam sibi subtractā. & nume.seq.*
14 *Commodator, an possit actionem intentare eum fure, lite pendente cum commodatario.*
15 *Vxor rem viro commodatam subtrahens, furti tenetur.*
16 *Vir contra vxorem non intentabit famosam actionem.*
17 *Actio, qua detur viro contra vxorem sibi furantem.& nu.seq.*

LEX XXII.

a ex capite quo est agnatus.[a] Nam licet f̄m l.xij.tabularum solum primus vocaretur, tñ per iura ciuilia superuenientia repudiante priore in gradu vocantur sequentes, vt Inst.de leg.agna.suc.§.placebat.cū ex capite quo tp̄e suus erat auo,quia hodie sui non sunt hr̄des inuiti, vnde abstinente primo defertur sequētib. vt inst.de hære.qua.& dif.§.sed his. so. ɔfitendo ɔ̄rium, vt sequit̄ in gl.vsq; ad fi.Sed ꝙ hæc l.non sit correcta tenuit Ia.de Ra.& Mar.Sil.ex eo.Primo,quia leges, quæ dederunt suis bñficium abstinendi añ istam legem fuerunt compilatæ,vt patet §.Si vt se ab hære. absti. l.j.& ff.de acquir.hære.l.necessarijs,& l.ei,qui.l.nam hæc emancipatus. ergo per illas,vt præcedentes non potest dici hoc sequens correctum.secundo, quia rō gl.est falsa.nam in suis non est locus successorio edicto,cū pretor,qui suis dedit bñficium abstinendi, non pōt facere suum hr̄dem desinere hr̄dem esse, vt Insti.de bo. pos.§.quos aūt.ff.de min.l. sed & si fine.§.sed quod papi. Et sic,si primus non desinit esse hæres de iure ciuili,sequitur, ꝙ sequens in gradu de iure ciuili non potest hæres esse, vt ff.de regu.iur.l.ꝙ ɔ̄.§.vni,alias ius ciuile ɔdicit sibiipsi. Quia faceret primum hæredem inuitum,& eum permitteret abstinere,& deferretur sequēti,& sic primus non esset inuitus,ꝙ est ɔdictionē implicare.Cōfirmo,& tertio,quia sui hæredes non possunt esse plures,nisi sint in eodem gradu,vt plures filij in ptāte,vel plures nepotes, sed filius,& nepos,licet ambo sint in ptāte,tñ solum primus, & sic filius est suus,non nepos,vt inst.de hære.qua. & dif.§.sui.& Instit. de hære.ab intest.in prin.§.j. Cum ergo in suis non sit clare gradus,non est locus successorio edicto,vt ff.de su. & le.hæred.l.j.§. sciendum. Quarto tutela defertur eo modo,quo hæreditas.§.de legi.tuto.l.sicut.Sed constat,ꝙ reliquæ tutelę testamentariæ impediunt legitimam,& venitur ad datiuam,vt no.§. de testa.tut.l.i. ergo, & eodem modo reliquiæ suitatis in primo, qui se abstinuit prætoris beneficio, debent impedire hæreditatem legitimam.s. agnatorum,& necessario venire ad prætoriam,q̄ potest dici quasi datiua, quia olim discernebat̄ per prætorem, licet hodie simplex
17 agnitio coram iudice sufficiat,vt §.qui admi.ad bon.pos.l.fi. †Sed his non obstantibus teneo gl.& primo,ꝙ suis repudiantibus,seu abstinentibus locus sit heredi legitimo de iure ciuili; probatur. ff.ad Ter.l.ij.§.sed si sint sui,& ĵ.de suis,& le.l.defunctis,& Insti. de le.ag.su.§.placebat.Secūdo,ꝙ idem sit in suis probo tali ratione, suo se abstinente locus est legitimo de iure ciuili veniēti,vt in l.prox.allegata.ergo,& locus erit suo si sit in gradu proximior,cū & ipse sit de legitimis , imo tanto fortius, quanto potestas,quam defunctus in eum habebat,dēt coadiuuare.Tertio,quia non minus debent operari constōnes principum, q̄ ius pretorium . Sed suo se abstinente prætoris beneficio locus est successorio edicto, ergo, & eo abstinente beneficio constōnis principalis. Sed ꝙ ēt per ꝑstōnes principum ei sit concessum abstinendi beneficium, probo per tex. videlicet per l.j.in prin.ff.de bo.colla.Ibi.n.patet,ꝙ diuus pius ita permisit abstentionem filijs, sicut pretor,& probatur.ĵ.de legi.hær.l.defunctus.Quarto,quia & si per ius ciuile hoc non sit concessum,sed tñ per ius prætorium,cum suo se abstinēte solum nudum nomen hæredis retinet,ergo non est impedimēto quo minus alii succedat de iure ciuili, ita ad literam dicit text. ff.ad Ter.l.2.§.sed si sint sui hr̄des, & pōdera,ꝙ ibi iure venit de iure ciuili senatuscōsulto Ter.Quinto,quia minor restitutus aduersus restitutionem non propterea desinit ipso iure heres esse, vt ff. de min.l.& si fine.§.sed quod Pap.& ff.de acq.hære.l.si minor.Et tñ non est impedimento quo minus agnatis ab intestato de iure ciuili venientibus hereditas deferatur.ff.ad Ter.l.j.§.si quis adita. & no.in l.fi.ff.de suc.edi,ergo,& a simili in nr̄o proposito.Sexto, quia paria sunt, quo ad effectum non extare, vel repudiare,vt ad Ter.l.i.§.si quis adita.versic.verum.& l.ij.§.si mater.& §.quod aūt diximus,& ĵ.de cad.tol.l.i.§.cum aūt in superiore. Sed filio non existente nepos veniret de iure ciuili,vt ff.de suis,& legi.l.2.in fi. Septimo, quia olim inter agnatos solū primus erat vocatus, sed cum postea fuit mutatum,& per prætorem prouisum,vt vocarentur vsq; ad decimū gradum statim fuit locus successorio edicto.i. vt gradatim eis deferretur hr̄ditas de iure ciuili,vt instit.de agnat. suc.§.placebat.& §.sed his.ergo & eadem ratione se abstinente sequens in gradu de iure ciuili debet uocari, cum prima causa successionis ab intestato de iure ciuili sit descedentium. Octauo,qa si aliter dicatur,sequeretur,ꝙ ius ciuile transuersales agnatos vlterioris gradus præferret nepoti proximioris gradus,quod nō est dicendum . Nono dico,quod iure nouissimo hoc satis clare probatur,vt in auth. de hære.quæ ab intesta.§.i.sequen. Nam, vt ibi patet tria sunt capita,primum liberorum, secundum ascēdentiū, tertium collateralium.Et in primo capite non curatur sexus,nec patriæ potestatis,& emancipationis est differentia, & q prior est in gradu proponit,& sic filius nepoti ex se nato. Et donec extant liberi ad alia capita , non habet regressus,ergo in capite liberorū si sit filius,& ex eo nepos,& vterque in ptāte,uel filius tm̄, & filius repudiet,uel se abstineat a patris hæreditate defertur illa nepoti,vt sequenti in gradu fuerit ipse in potestate aui, vel nō. ergo sequitur, ꝙ successorium edictum hodie habet locum in suis de iure ciuili. Et vt verborum inanium excludantur captiones non dico,quod illud edictum,quod prætor inuenit formaliter habeat locum in successionibus de iure ciuili,quia illud prouidebat solū per bonorum possessiones, sed loquor de successorio edicto.i.de graduali successione fienda in hæreditate ascendentium , an habeat locum inter liberos. & dico,ꝙ sic,si primus sit in sua potestate,& sic in suo repudiante defertur sequenti. Non ob.alleg.in oppositū.Non prima rō,quia hæc l. quæ non uoluit nepotē admitti de iure ciuili habuit respectum ad l.xij.tab. tm̄, quę patrem nepotis inuitū fecit heredem , unde licet abstinuerit bñficio pretoris nepos, de iure ciuili ad hereditatem illam venire non poterat, quia ab aliquo iure ciuili f̄m tp̄s illud vocatus non erat, sed a iure prætorio tm̄ : secus si ab aliquo iure ciuili uocatus fuisset, quia illo iure uenire potuisset,ut ff. ad Tert.l.2.§.sed si sunt sui, & si hęc lex ad illud tempus habuerit respectum,colligo ex subiecta materia. Nam legumlatores hic uoluerūt tractare de beneficio ɔ̄ l.xij. tabu.concel.Non ob.secunda,quia licet prætor non potuerit ipso iure facere desinere esse hæredem,tñ solum nudum nomen remansit,quod aliis uocatus postea de iure ciuili non debet esse impedimento, ut d.§. sed si sunt sui hæredes,pręterea superuenit postea ultra prætorem nouū ius ciuile, ꝙ illos fecit uoluntarios nō inuitos hæredes,ut supra demonstraui,& quod ipsi dicunt, ꝙ eodem iure ciuili duo nō possunt esse heredes in solidum; fateor re. sed unus nomine,alter re,siue effectu sic,ut d.§.sed si sint sui hæredes,& etiam patet in minore restituto,ut §.dixi.& in herede,& fideicommissario, cui restituta est hæreditas, ut ff.ad Tre.l.i.§.j.in princi. Item fateor stante eadem specie iuris, & superueniēte alio iure ciuili primum corrigente, solum unus reperitur hæres nomine,& effectu.Non ob.tertia ratio, quia rñdeo dupliciter . Primū ꝙ uerum est,ꝙ in suis respectu suitatis leges, nec prętores fecerūt gradus,sed respectu filiationis sic,cui suitas cohæret. Secūdo,qa in suis heredibus non possunt esse gradus,quia solum primus est suus heres,sed in suis tm̄ sunt gradus.Nam sui sint,licet heredes non sint.Ad quartam respon.ꝙ tutela nisi aliter sit prouisum defertur personis,quibus,& hæreditas.Sed hodie in hæreditate est prouisum, vt de iure ciuili deferatur de gradu in gradū, & de suo in suum,ergo, & illa dummodo, & aliud non habeat ei obstare,
18 & hoc de alia secunda difficultate huius l. Sed iuxta hæc[b] ab extra quæro supposito,ut in proximo casu,quod uterque fuisset in potestate aui, pone patrem nepotis se non immiscuisse nec repudiasse,& sic defunctum esse,an nepos repudians paternam possit venire ad auitam,& dixit Iac.de Ra.ꝙ non de iure ciuili,nec prętorio,quia aut pater nepotis tempore suæ mortis erat infra annū deliberandi,& tunc ius deliberandi,& adeundi transmittit de iure communi ad quencunque sibi hæredem, vt ĵ.de iur.deli.l.cum antiquioribus, & sic si hæres patris illam adeat, nepotem excludet.Aut vnum excesserat,& tūc nuda existentia sui hæredis operatur transmissionem ad quencunque sibi hæredem, vt ĵ.de suis & le.l.apud hostes, & ff.de testa.mili.l.ex mili.cum l.seq. & sic il-
19 lo adeunte idem,ꝙ in præcedenti. † Ego dum legebam in studio Paduano modo sunt anni xx. cogitaui dicere supposita illa positione pro uera, ꝙ existentia sui hæredis operetur transmissionē ad quencunq;,quam tñ non tenuerunt gl.vt late dicam.ĵ.de suis, & leg.l.apud hostes,& vendicet sibi locum, ne equitas repugnet, vt in casu nostro,in quo excluderetur nepos sic coniunctus auo, & sic per istam l.limitetur opin.illa, & tex. qui videbatur obstare in Auth.de nup.§.solito.ver.si quis.n.Rñdebam,ꝙ ibi nepos uenire uolebat cum patruis,qui eum antecedebant in gradu, cū qbus venire non poterat,nisi ex persona pr̄is, ex cuius persona nō potest uenire illius hæreditate repudiata, hic uero alius non erat qui eum antecederet.Postea in Bononia dum istam . leg. scriberem apparuit mihi verius , quod esse dixit Iac. de Ra.& ēt vr̄ de mente huius gl. vt casus iste non possit tolerari in ista ēt illa opi. supposita pro uera. Et est ratio,quia huic nepoti est delata hereditas paterna cum bñficio abstinendi ab auita, vt ĵ.de his,qui añ aper.tab.l.i. & ff.de acqui.hæred.l.si quis filium.§.i.si ergo paternom repudiauit ex beneficio abstinendi sibi concesso, quia alias non potuisset , cum ipse per mortem aui transiuit in potestatem patris sui,vt l.nepotes.ff.de his,qui sunt sui, vel alie.iur.Sequitur auitam,licet in consequentiam repudiasse, & sic non ad illam redire,vt ff.de suc.edic.l.i.§.sed uidendum.ff.vnde cog.l.legitimi.Secundo,quia sicut pater ita eius hæres,quicunque debet hunc nepotem excludere,cum nō ex sua , sed ex patris persona veniat ad illius hæreditatem.ar.in Auth.de nup.§.sol.versi.si quis enim. Est enim

ADDITIO.

a ¶Nepos admittatur. Adde,quia de hoc ēt dicto est controuersia inter Barto.& Bal.tu dic,ut plenè in apost.ad præall.Bal.hic,nu.4.& 5.uer. quid ergo cū pluribus seq.quod & no.idem Bal.in l.1.in prin.infra,de his qui ante aper.tab.

ADDITIONES.

a †Ex capite,quo est agnatus. Tu uide de hoc vltra Bal.hic,nu.vij.uer. ut ergo intelligamus Raynerium ibidem,& in l.2.§.sed non sui.ff.ad Ter.

b Sed iuxta hoc,&c. Tu uide de hoc quæsito Bar.in l.si quis filium.§.j.ff.de acqui.hær.& in l.is potest.eo.ti.Bal.in l.emancipata.supra,qui admitti.& in l.j.col.4. supra quando non pet.par.

enim hæres repræsentatiue vna eadem persona cum defuncto.vt in Auth.de iureiur.a mo.præst.in princ.& l.cum a matre.ff.de rei vend.Tertio,quia non potest dici,ꝙ existentia sui hæredis operetur transmissionem in quemcunque,quin necessario sequatur,ꝙ proximiores ab intestato excludant, sicut si ille quicũq; ex testõ, vel ab intestato fuisset a lege,vt prior vocatus, & sibi imputet nepos, qui paternam repudiauit, scire debes paternam cum omni suo iure ad sequentes transmitti,& sic cum iure se abstinendi,vel
20 immiscendi auitæ hæreditati, vt d.l.ad filium.§.j.cum simil. † His sic declaratis,accedo ad tertium casum quem gl.posuit pro secũdo,videlicet qñ pater erat in potestate,nepos vero emancipatus. & dicit glo,ꝙ tex.iste procedit,vt nepos repudians paternam,ad auitam non possit venire de iure ciuili,& prætorio,quia emancipatus erat incognitus. Sed ꝯ hunc casum oppo.ab extra,nam paternam non potuit repudiare, nisi iure prætorio, quo emancipatus erat vocatus.ergo repudiando paternam dr̃ repudiasse de iure prætorio auitam, sibi in iure paterno delatam cũ beneficio abstinendi.Et sic illo iure amplius ad illam non recedit. vt ff.de suc. edi.l.j.§.sed videndũ.Huius timore ac ẽt propter rationes in præcedenti proxime factas,ego intelligo istum casum,qñ pater se abstinuerat ab auita. Et ratio, quare de iure ciuili repellit nepos,est, quia illo iure tũc non erat incognitus,& de iure prætorio admittitur,quia illo iure erat cognitus, & si dicas, ꝙ implicatiua maxime,obstat,per quam vr̃, ꝙ idem esset,si cognitus esset. & ego fateor, ꝙ idem est, sed per rationem diuersam.nam emancipatus, quia incognitus,suus vero,qa pater eum præcedit in gradu suita-
21 tis,& etiam agnationis, vt s̃. dixi. † Quæro modo,an hodie iste nepos possit de iure ciuili admitti.Et vr̃,ꝙ sic,quia hodie emancipati a iure ciuili constitutionum vocant,vt sui,vt in Auth.de hære.ab intesta.§.j.& seq.Sed Cyn.tenet ꝯrium dicens,quædam verba singulariter notanda,videlicet, ꝙ emancipatus tunc vocatur a iure ciuili, qñ alius non præcedit eũ,qui sit suus defuncto.vt hic, ſm istũ casum. Sed quidam eam reprobant per authẽ.defuncto. ĩ.ad Tertul.quæ nihil obstat,qa ibi pater non est suus defuncto, nec de patris,vel aui hæreditate ibi tractatur,sed fratris. Sed ꝯ eũ fortius facit,quia nepos natus ex filio emãcipato, & sic non suus auo,vel emancipatus ab auo,vel natus ex filia successerit cum paterno existente in potestate aui.vt in Auth.de hæred.ab intesta.§. i.& cum paternus,qui est suus auo eum præcedit in gradu,nisi diceres forsan ibi ideo, quia nepos venit ex persona patris sui, qui erat in pari gradu cum nepote paterno. Sed nihilominus credo istum casum correctum.nam ex quo supponitur, ꝙ suus se abstinuit, sequitur, ꝙ ex edicto successorio de iure ciuili ad sequentẽ hæreditas deuoluitur.vt ff.ad Ter.l.2.§.si sint.& ĩ.de legi.hered.l. defuncto,& non curo,an sequẽs fuerit in potestate,vel non agnatus,& cognatus,de quo de iure ciuili est cognitus,vt dictis legib.
22 † Nunc ad quartum accedo qñ eꝯ, filius emancipatus, & nepos in potestate, in quo dicit gl.l. istam locum non habere,qa nepos de iure ciuili succedit auo,patre excluso,vt incognito.vt insti. de hæred.qualitat.& differen. §.sui. Et hæc vera olim, & ſm tempus huius l. Sed hodie de iure nouissimo pater iste,licet emancipatus excluderet nepotem, quia prius vocatus per text.in Auth. de hære.ab intesta.§.j.& tuncan nepos repudians paternam possit venire ad auiam,& quo iure dubitari potest.Sed dicendum,ꝙ si pater auitam non repudiauerit,& erat infra tempus deliberandi,ꝙ quandiu superest tempus deliberandi,nepos repudians paternam,non admittitur ad auitam,sed transmittit ad quencunq; paternam adeuntem per l.cum antiquioribus.ĩ.de iur.delib.Vbi aũt pater auitam repudiasset, vel extra tempus datum ad deliberandum fuisset, dicendũ est,ꝙ licet nepos paternam repudiasset, ad auitam iure ciuili ex successorio edicto venire posset, & modo
23 est ex prædicta tota gl.magna,cum lect.† Transeo ad sequentem gl.& oppo.ꝙ per bono.pos.non suscipiat facultates, sed hæreditatem,quæ continet commoda, & incommoda, vt s̃.eo.l.j.& ff. de bon.pos.l.j.§.fi. Facultates aũt intelliguntur ære alieno deducto, vt ĩ.de colla.l.ea demum.& ff.de verb.sig.l.subsignatum.§.j. igitur,&c.Sol.ꝙ hoc verbum,facultates,impropriatur.& pro he-
24 reditate,& successione sumitur.vt in prin.huius glo.† Quæro cũ gl. vtrũ nepos post emancipationem filii conceptus, sit auo agna-
a tus,vel cognatus.ª & gl.ſm Accur.tenet,ꝙ sit cognatus.vt instit. de su.cog.j.rñ.& ĩ.de leg.hæ.l.meminimus.Et est ratio,quia licet sit coniunctus per virilem sexum,non tñ per personam, quæ habeat iura agnationis cum eo,cum quo coniũgitur.Sed hic attende,qa glo.alibi tenet,ꝙ per emancipationem dissoluant hodie iura agnationis,vnde leg.ff.vnde cogn.& si ita,sequitur ẽt ꝙ per cognatos.Contra glo.istam Bart.dixit,ꝙ vere non est agnatus,licet habeat ius succedendi,vt agnatus,vt insti.de legi.agna.suc.§.fi.& d.l.meminimus,& probat ex eo,qa emancipatorum tutela in fratres non appellatur legitima. sed proprio nomine sumpta vocat insti.de fidu.tu.per totum.Sed hoc nõ vrget,quia ex constitutionibus nouis appellatur legitima, vt s̃.de leg.tu.authen.sicut.& in Auth.de hered.ab intest.§.ex his.Iac.vero Bu.dixit alias gl.veriores,& probat admixtionem,quia aut consideramus agnationem respectu facti,& ne dum hodie,sed nec olim desinebat,esse agnatus.cũ non desineret esse coniunctus per lineam masculinam, vt insti.& de legi.agna.suc.in princ.Aut aliam consideremus respectu iuris effectus,& tunc causa eius,nil aliud esset, q̃ ꝙ coniuncti ex linea masculina retinentes nomen agnationis præferant coniunctis per lineam femininam,& tñ iste effectus, seu prerogatiua sit sublata per auth.de hær.ab intest.§.i.Sequit,ꝙ nec illius respe-
25 ctu desinit,agnatus.† Pro hoc ẽt facit, quia non dr̃ prorsus extinctum,ꝙ potest reuocari in pristinum statum.vt ff. de sol.l.qui res. §.aream.& de verbo.obli.l.inter stipulantem.§.sacram.sed per ingratitudinem potest in potestatem,vt ĩ.de ingra.li.per totum.ergo,&c.& ista scire est necesse. Pone testatorem legasse agnatis,castrum, & cognatis fundũ, vel pone statuto caueri, vt extantibus agnatis vsq; ad certum gradum fœminæ, vel cognati non succedant,an iste nepos,vel pater emancipatus viuens computabit inter agnatos,& cognatos,cũ statutorum verba debeant sumi proprie, & vr̃,ꝙ inter agnatos debeat iudicari per rationem. Iac.Bu. & quia hic agnatio est ei innata, cũ nascit, & sic radicaliter tolli non potest forte, ꝙ cõis vsus loquendi testatoris, vel statuentiũ dẽt attendi,vt l.sed vniuersorũ.ff.de pig.& vulgi opi. seu appella-
26 tio,vt ff.de fun.instr. l.cũ delanionis.§.asinã. † Quæro successiue nunqd bo.pos.vnde liberi detur patri in bonis filij.& dicit Pla.ꝙ sic mutato noĩe, & vocant vnde parentes. Sed hoc nititur gl.impugnare per ar.a diuisione.vt in ea patet,ꝙ recitare omitto.& qa gl.indiget suppletionib.ideo dũ dicit iure peculij. hodie iure hereditario. vt in auth. de hære.ab intesta.§.i. cũ oĩa sint patris,imo hodie aduentitia,ſm ꝙ in eis testari non possit.est casus ĩ.q testa. fa.pos.l.pe.insti.de leg.agn.su.§.fi.dic hodie secus,vt ibi no.ibi absurdũ.Sed fac.de Ra.ꝯ.Primo,quia lege non canetur. Secũdo,qa prætoriis inuentionibus, non licet addere, vel detrahere. vt ff.de pręt.stip.l.in prætoriis.cum si. Tertio ne inconueniens sequatur, & qa cum mater per vnde liberi venire non possit.vt ĩ.de suis,& legi.l.quoties. sequitur,ꝙ pater veniẽs per vtilem vnde liberi matrem excludere,cum illa bo.pos.cæteros excludat.vt ff.si tabu.testamenti nullæ exta.l.i.in prin. & ff.qui or.in bono.pos.per l.i.& tamen mater pariter,cum patre debet succedere.vt ĩ.de suis,& legi.Authen.successione.& ĩ.ad Tertul.auth.defuncto. Sed teneo glo.secundum Bart.nam licet specifice, & expresum non caueatur.l. tamen generaliter caueatur ex legis identitate, vel ex ipsarum legum ratione,vt est lex,nam & si parentibus.in princi.ff.de inoffic.testa.& l.pater filium.in eod.titu.& ff. vnde libe.l.scripto. quod fortifico,quia successione ab inte.vel ex legis interpretatione,sunt vicissitudinariæ.vt ĩ.de leg.her.l.si ab eo. & in auth.qui. mo.na.effi.sui.§.filium.& pen.§. & sic cesant duo prima argumẽta in oppositum facta.Non obst.tertium, quia mater nos excludit per bono.pos.patris a succedẽdo filio de iure ciuili, quod per
27 prætorem non est nec dici potest sublatum.vt d.Auth.† Vltimo
b quærit Cy. ᵇ si nepos non fuisset conceptus tempore mortis aui, an vllo iure possit venire ad illius hæreditatem. Circa cuius responsionem non insisto, sed remitto ad ea, quæ dicam ĩ.ad orfi. l.fi.vbi glo.tractat. & videẽ.de inoffi.testa.l.si quis filium. Ibi.gl. i.bene facit pro quæstionis respon.Et hæc sufficiant.Laus Christo saluatori nostro.D.Bartho.

ADDITIONES.

a †Sit auo agnatus. Adde de hoc ultra Cy.& Bal.hoc nu.16.uersi.j.q.est Bal.in l. meminimus.ĩ.de legi.hære.& in auth.ex successione.ĩ.de suis, & legi. & ibi Pa. de Ca.in l.j.col.j.de succ.post glo. & per eundem in l.ab eo.ĩ.de le.hęre.

b Vltimo quęrit Cy.vide de hoc quæsito vltra ea, quæ no.hic Bal.num.18.uer.restat.Bar.in l.j.in fi.ĩ.de his, qui ante aper.tab.ubi etiam Bal.& gl. & Bar.& Bal. in l.si qua.ĩ.ad orfi.

Vnde legitimi, & vnde cognati. Tit. XV.

Continua rubricam,vt in gl.& quære,qui sunt legitimi, vt in ea,& sic conclude,quod vbi lex,vel senatusconsultum vocat quẽ ad successionẽ,vel hereditatem prætor dat bonorum possessionem,vnde legiti.quod intellige,nisi lex nominatim deferret bonorum possessionem,quia tunc daretur bono.pos.ex ti.ff.vt ex legi.& si foret senatus daretur ex alia parte ti.vt senatusconsul. vt ibi,l.1.in fi.Sed quæri potest an illa specialis, tunc excludat hanc generalem.puto,ꝙ non,quia species,non excludit suum genus, vt ff.si cer.pe.l.certi conditio,in prin.Et ideo no.quod bono.pos. vnde legitimi non est caput per se: sed est genus cohærens ciuili capiti,quia bo.pos.vnde liberi,& agnati. Nam & si cognati vocantur ex l.senatuscon.eis competit bono.pos.vnde legitimi, vt no.in filio,qui non agnascitur, sed agnascitur matri, & tamen quia vocatus p senatuscõsultum habet vnde legitimi, vt s̃.qui ad mit.ad bon.possef.l.j.Saly.

ADDITIO.

a ¶Vnde legitimi.De materia bo.pos.vnde legitimi, & quib.competat vide in tit. ff.eo.& in Spe.de te.§.sequitur videre,ver.est etiam,& alia, bo.po. quæ dr̃.Itẽ adde Bal.in l.certum,in 1.col.in ver.contra,sed hoc op.infra eo.

LEX PRIMA.

Consobrinorum. Nati ex duabus sororibus non poterant succedere,nisi per cognatos.hoc dicit. Necessitudinis, id est coniunctionis. Vnde Iob. necessarii mei, id est, coniuncti mei venerunt ad me. In gloss. in fin. Vel dic ex duobus fratribus nati, qui fratres patrueles nuncupantur tum, & consobrini

consobrini plerunq; appellabantur, vt ibi versicu.sed plerunq;. Et tunc non bo.pos.vnde cognati.sed vnde agnati, vel vnde legitimi,& sic faciet ad primam partem rubricæ ad quam nulla.l. huius tit.facit ista ſm intellectum istum. Quæro de iure persequẽdi bona.Respond.vt in glo.vel per bono.pos.her.pet.vel rei ven. quia dominus efficitur, vt ff.de bo.pos.l.j.in fi.quod intellige vtili non directa,vt ibi not.

LEX II.

Cum propriorem. Ad hæreditatem nati ex consobrina non perueniunt sine bon.pos.de iure prætorio.hoc dicit.Ibi posteris,dic. vnde cognati cum non sit tibi cognatus, vt in glo. hodie vero potest de iure ciuili per Aut.de hæred. abintest.

LEX III.

Nepotibus. Nepotes ex eadem filia nati succedũt auo in virili per vnde cognati.h.d. Op. tribus modis,vt colligitur ex glo.& dic vt in ea.

LEX IIII.

1 *Bonorum possessio an agnoscatur sola decretatione, vel solo animo.*
2 *Probationes an debeant necessario concludere.*

1 Non hoc. Casus.† Sola decretatione rerum non agnoscitur bono.pos. h.d. Vel sic, probatio debet esse de necessario concludẽs,ad hoc allegatur.Contra hoc op.sic adiectio hæreditatis consistit in animo, vt l.auia. ĩ.de iu.delib.& animus declaratur per exteriora,vt.s̃.de dolo.l.dolum,& Insti.de hæred.quali.& differ.§.fi.ex eo quod res hæreditarias detinendo vel possidendo præsumitur is cui defertur hereditatem adiuisse, vt ĩ.de rep.hær.l.j.& sic in prima parte disiunctiue, quę loquitur de hæreditatis aditione,male loquitur litera ista. Solu.quod huius timore quidam resoluunt disiunctiuam, vel in declaratiuam. i.& sic bo.pos. hic loquitur quæ non præsumitur ex rerum detẽtatione,quia illa consistit in facto exteriori, puta in eius agnitione coram iudice perfecta, vt l.fin. supra. q ad bo.pos.possunt.corã iudice facta,vt.l.fi.supra.qui admit.ad bo.pos.possunt.merito nõ psumitur vt l.j.de iur.deli.ibi casus. Alij dicũt, ꝙ hic cõstabat de animo contrario per protestationem quam fecerat, qđ nõ adeundi animo,sed custodiẽdi causa possidebat, vt l.j.ĩ.de rep.hær. Hæc nõ potest contrariare huic literę quæ in dubio,& nõ in casu certi loqtur,licet sit in se vera. Alij dicũt, ꝙ si sola detentatio allegat ad probandũ quẽ hæredem,non sufficit,vt hic.Sed si allegatur detentatio cũ animo adeundi,licet probetur sola detentatio sufficit,quia animus allegatus præsumitur, vt.l.j.ĩ.de rep.hære.secundum Iac.de Are.quod intellige si sciuit hæreditatẽ sibi delatam esse cum ignorans non possit adire, vt Instit.de hære. qua.& diff.§.fi.& ff.de acq.hę.l.hæres institutus,& no.in l.is q.eo.
2 ti.†Circa generale quo quæritur an probationes debeant esse de
a necessario cõcludentes ª dic.Aut quæritur in his quæ vere, & perfecte non possunt probari, tunc probatio verisimilis frequens, & facilis admittitur, vt s̃.de repu.l.cõsensu,& de nup.l.si vicinus, & ff.de his qui sunt sui,vel alie.iu. l.filium. Et ita intelligo gl.in l.neq; natales,supra de proba. Aut quæritur in his quæ vere seu plene,vel perfecte possunt probari,& tunc regula est, vt pbatio-
b nes necessario concludant ᵇ,vt hic,& l.non omniũ.ff.de leg.&.l. fi.ff.de off.proc.cęsa.fallit vbi.l.p pśũptiones,& verisimiles ꝯiecturas permittit probari, vt.ĩ.de repu.hæ.l.j.& ff.si ser.ven.l.sicuti.§.sed quæratur,& hoc siue pbationes concernant decisionem causæ,vt ibi.siue eius introductionẽ,vt.ff.ti.hær.l.j. siue personæ legitimationem, vt.ĩ.qui accusa.non pos.l.nõ ignorat. Et vt cognoscas quando.ll. per præsumptiones verisimiles in ciuili pbari permittant,attende,quia in gl.ista, & in l.neq; natales.supra.de proba.multum notabiliter vult, quod si id, quod ꝯtingit abesse ab eo,quod præsumptiue elicitur ex probato,eueniat vt plurimũ quia frequenter,& facile,tũc habeat locũ regula negatiua, vt nõ probet hoc esse,quod ad hoc cõtingit abesse. Si autem id, quod contingit abesse pertaro,tũc non stet regulæ negatiuæ, sed affirmatiuæ quę est,vt præsumatur sic esse,ex quo frequenter,vt plurimũ ꝯtingit sic esse,& raro cõtigit abesse, & hoc perpetuo tene cordi,quia ex hoc limitatur, quod supra dixi de regula,quæ dicitur esse,cum probationes debẽt necessario concludere,vt illa sit vera in his quorum oppositum euenit, vt plurimum frequenter & facile.Et ex hoc dico,quod si defunctus plures possessiões seu res immobiles habuit,& proximior ab intestato nullam illarum attingit,sed vnam,vel duas ex rebus mobilibus sibi acceperit.Et ex hoc non præsumitur animum habuisse adeundę hæreditatis, ex quo alias non attingit, cũ vt plurimum, & frequenter habentes animum adeundi meliora attingunt,& possideant, & ita intelligo ĩ.de repudia.hæred.Et ideo si negaret se hæredẽ in casu p̃dicto,& alias de animo adeundi non probaret, vt omnis opposita suspicio tolleretur deferrẽ ei sacramentum, cum præsumptio a communiter accidentibus sit apposita ei,ꝙ de raro potest contingere,& meo iudicio de proxime dictis, casus est in ista.l.Iuxta hec queri potest, an pater præsumatur adiuisse hereditatem pro filijs vxore defuncta,quę solum dotes habebat quas pœnes se tenuit,sed remitto ad ea quæ scripsi in lege.filius.s̃.de peti.hęre.

ADDITIONES.

a ¶De necessario concludentes.Adde Soc.consil.cii.inci.in præsenti consul.circa princi.2.col.in i. pte, char. clxviij. quod probationes debent necessario esse cõcludentes,alias regulariter non probant.& quod debent esse concludẽtes adde l.matrem,& ibi Bald.supra.de proba. & Bar.& Bald. hic in princi.

b ¶Probationes necessario concludant. Vide de hoc per Bar.in l.j.infra de col. te.& in l.data opera.infra.qui acc.non pos.& in l.j.supra.de ser.fugi.& in c.j. §.si res.per Bal.de treu.& pace.

LEX V.

1 *Bonorum possessiones quot sint, & vsq; ad quem gradum competant, & vsq; ad quod tempus peti possint, & numeris sequen.*
5 *Contratabulas an sit hodie necessaria.*
6 *Suus, & emancipatus an possint testamentum dicere nullum.*
7 *Bonorum possessiones q̃ olim, & quæ nunc sint necessariæ, & nume.sequenti.*

a Certum. Casus. ex aliena cognatione olim nõ succedebant sine bonorum possessio. ª quam nemo inuitus cõpellit agnoscere.h.d.Itẽ no. qđ cognati p l.12.tab. erant incogniti.Itẽ no.ꝙ de iure prætorio nemo est necessarius successor,vt hic,& ff.de lega.j.l.nã nec emancipatus.Et sic notat, quod beneficiũ ptoris nemo cogitur acceptare, iuxta regulam dicentẽ quod beneficium non confertur in inuitum. Op. quod cognati vocentur hodie de iure ciuili, vt in Aut.de hær.ab intestat.§.nullam vero. Solu.confitendo, vt in glo.& sic hæc l.est hodie correcta.Nũc aduerte,quod hic est q̃dã gl. q̃ summat materiam bon. pos.sed aliqua omisit.Sed primo fuit q̃rendũ qđ sit bono. pos.&
1 huic respon.vt in gl.super rubri.s̃.qui ad bo.pos.†Secundo, ordine gl.mutato q̃ro quot sint bono.poss.& dic qđ duæ, qa aliç ex testamento,aliæ abintestato. Ex testõ duę sunt ordinarię, vt ſm tabu.& ꝯtab.quę nõ cõpeteret nisi testm̃ foret, vt in gl.& hę tribuũt ius.Est & tertia q̃ ius nõ tribuit, sed gratia litis agnoscendę cõcedit,vt ad quærelandum testm̃ quis audiatur, & quia nisi testamentum esset,peti non posset, ideo eã huic loco adiicio. Abintestato plures sunt species, quia quędam sunt quę ius tribuũt ĩ proprietate, & possessione. Quędam sunt quę ius tribuũt in sola possessione.Primę sunt quinq;,quarũ sunt quatuor ordinarię, videlicet vnde liberi. vnde agnati, vnde cognati, & vñ vir & vxor.Est & quinta extraordinaria,quę dat quoties ex nouis.ll.stat hęreditati, &c.de qua.ff.vt ex.ll.senatuscon.&c. Et adde qđ dixi super rub.Secũdę sunt duę, vt carboniana,& quę dat ventri,de q bus dicã.ĩ.de car.edi.l.j.& sic his duabus computatis cum ea quę datur gratia litis agnoscẽdę de qua.s̃.dixi gl. ista dixit tres esse, q̃
2 ius non tribuunt.†Tertio quero vsq; ad quẽ gradum competant istę abintestato competentes. Et rñ. vt in gl.circa prin.videlicet, vsq; ad decennium in agnatis,& vsq; ad vj.in cognatis,licet aliquę personę de vij.inuocẽtur.Sed hic aduerte, qa hodie isti gradus ex linea cognatorum sunt redacti ad decimum gradum per Aut.de her.abinte.Ibi nulla inter agnatos, & cognatos sit differẽtia, nec trahimus agnatos ad cognatos cũ extendere debeamus successiones,vt no.Insti.de suc.cog.§.fi.Quod puto verum, si veniant,& adeant hereditatem de iure ciuili, sed si bo.pos.petũt de iure pretorio,tunc non puto, quod vltra septimũ gradum admittuntur,& sibi imputent qui vetus grauamen elegerunt, vt infra.
3 de iur.deli.§.si cum enim. † Quero quarto vsq; ad quantum tempus peti possit, & dic vsq; ad annum vtilem si sit de liberis, vel parentibus,vt.ff.de suc.edict.l.j. si de transuersalibus centum dies vtiles, vt ibidẽ.§.si intra, & §.quod diximus.supra.qui admit.ad
4 bo.pos.l.2.& sic vnde vir,& uxor nõ habent nisi cẽtũ dies.†Quinto quero cum gloss.an istę bon.poss.sint hodie correctæ seu necessario locum non habeat.Et primo quero de bon.posses.secundũ tabu.& dicit gloss.quod olim nec hodie sit necessaria, cũ potuit adire de iure ciuili, & petitionem hereditatis intentare. Fallit in tribus casibus in gloss.positis & in illis est ratio, quia solum iure pretorio scriptus hæres uenire potest. Addunt alij casum.ff.de in iu.testa.l.posthumus, uer.idem.ibi testamentum irritum per capitis diminutionem testatoris resurgit ex ipso facto eius statu re integrato.Si in eo sunt instituti uenientes abintestato,& debent petere bono.pos. secundum tab. quia de iure ciuili non possunt. Itẽ addunt isti casum de.l.filio pterito.e.titu. Sed iste casus dubitationem recipit,quia aliqui volunt dicere,quod ibi confirmatur de equitate iuris ciuilis,& sic de iure ciuili ibi potest hereditas adiri.Et primo istis facit gloss.quę hoc sentit.ff.de leg.j.si duo.de quo plene scripsi in l.ij.infra.de posth.here.institu.Addunt alii casum in testamento irrito,quod conualuit nouo iudicio, quod probatur per quinque testes tantum ita,quod non per septem,vt ff.de bonor.pos. secundum tabul.l. qui de liberis.§.testamento. Addit Dy.alium casum, & erit septimus.ff.ad tre.l.cum heres institu. Nam curator furiosi non potest adire de iure ciuili, sed tantum bono.pos.secundum tab.petere, uel hodie cognoscere, & restituere fideicommissario. Addunt alii octauum, ut in eodem titu.l.facta.§.si in danda, ubi condictio turpis remittitur heredi

ADDITIO.

a ¶Sine bono.possessio.Adde quod successiões ab intestato sunt ex bono,& equo: & sic masculus excludit fœminam.de quo p Bald.in in l.ij.supra.de in ius voc. & in l.maximum virium.ĩ.de libe.præte.Bar.in l.j.ff.ad certu.& Bal.in l. si quis filium.supra.de inof.te.

redi a pretore, & ei conceditur petere secundum tabu. quia, de iure ciuil.non impleta conditione non potest adire, & isto casu,& præcedēti,sit cautus fidedicōmissarius, & sollicitus,vt faciat institutum hæredem in casu isto, vel curatorem eius in casu præcedenti petere,vel agnoscere bono.pos.j̃.tēpus legitimum,de quo scripsi.s.in q.4.Addit Bar.nonum, quando filius præteritus tacet per annum vtilem,ita quod non petijt bonor.possess.ab intestato,quia tunc scripto competit secundum tab. vt l. si impubes.§.1. ff.de car.edic.& ibi nota. Sed attende,quia illa bono.poss. est facti,non iuris.vt ibi not.glo.fi.& ideo transacto anno non prohibetur filius contra eum,qui petijt, vel agnouit secundum tabu. dicere testamentum nullum de iure ciuili.vt j̃.de iur.delibe.l.suū. Et si dicas,quid ergo operatur illa bon.poss.secundum tab.respō. quia scriptus potest agere contra debitores.Itē lucratur fructus, quos consumit propter titulum quem habet,& quia eos percipit ex mora non petentis. argum. ff.ad treb. l. mulier. §. si hæres. & propter titu. præscribit, ut l. & generaliter. ff. de noxa. Addunt alij decimum,puta si scriptus hæres repudiat hæreditatem de iure ciuili,reseruato sibi iure petendi pos.de iure prætorio, sicut ex-
4 tra dicitur in l.suum.j̃.de iur.deli.facit.l.qui se patris.s.titul.j.† Secundo quæro,an contratabu.sit hodie necessaria.& dicit gl.quod sic,vt olim,& eisdem cōpetit,quibus olim,& sic sicut olim emancipato erat necessaria, ita hodie. Nec ob.quod emancipati exequantur hodie suis per Authen.de hæred.ab intest.§.nulla. Quid in successionibus ab intestato,nō ex testamento. Nam suus præteritus,cum causa,vel sine dicit testamentum nullum,sed in emācipato distinguitur. Aut est præteritus sine causa,& dicit testamētum nullum. Aut cum causa,& tunc attentat cōtratab.vt plenius scripsi in Authen.ex causa.j̃.de lib.præt.& vtrum contratab.reducat rem funditus ad causam intestati. dic vt nota. infra, de col.l.
5 vt liberis. † Tertio quæro de bon. pos. vnde liberi. & dicit gloss. quod olim fuit emancipato, velut incognito necessaria, hodie secus, quia est de iure ciuili cognitus.vt in Aut. de hæredi.ab intesta.§.j.Sed Cy.dixit hoc verum,quod alius non præcedit emancipatum,qui sit suus defuncto, alias emancipatus remanet incognitus,vt olim.Ego autem tenui contrarium.s.ti.j.l.qui se patris.
8 in q. quam ibi formaui circa tertium casum. † Quarto quęro de bono.poss.vnde legitimi.& respon.glos.quòd nec olim, nec hodie est necessaria.Et aduerte, quòd si gloss.accipit vnde legitimi, pro vnde agnati.glo.bene dicit, quòd olim non fuerit necessaria pro his,qui erant in primo gradu,sed necessaria erat pro sequentibus quos prætor notauit sui auto. accipere generaliter. vt dixi super Rubri.fateor,quod non fuit necessaria propter speciales,quę
9 competebant.†Quinto quęro, quid de vnde cognati.[a] Dic, qđ
a illa fuit olim necessaria,vt supra eo.l.2.hodie secus per Aut.de hę-
10 re.ab intesta.†Sexto quid vnde vir,& vxor.dicit glo. quod olim, & hodie est necessaria.vt j̃.vnde vir,& vxor.l.j.& vide, quod ibi dicam. Septimo quęro, quid de septima extraordinaria. & dicit Ia.Bu. ꝙ nec olim nec hodie fuit necessaria, quia sunt alię speciales.Nam illi quibus defertur,vel erunt de liberis,vel parentibus agnatis,vel cognatis,quibus suę speciales competunt.Cyn.vero dicit,quod hodie,& olim, est necessaria, quia istę speciales competunt his quos prętor vocat ad bon. possessio.illa competit his quos lex ciuilis,vel senatus specifice,uel nominatim ad bon.possessio.vocat. & hęc bonor.possess. non est eadem cum pretoria, sed diuersa.& quia certam sedem non habet ex testamento, vel ab intestato.ut s.dicit gl. De carboniana.& de ea, quę uentris nomine dicit,quod sicut illa fuit olim necessaria, ita hodie secundū omnes. De ea uero, quę emancipato exhęredato dabatur gratia litis agnoscendę,ut ff.de inoffic.testa.l.Pompo.§.1.ut s.de inoffi. testa.l.2. Dicendum est secundū ueram opi.quę se habet, quod hodie querela inoff.test.non est correcta.ut dicā in Aut. ex cā.j̃. de lib.prę.quod hodie ita est necessaria,sicut olim. Nec ob.quod suorum,& emancipatorum iura sunt exequata, quia uerū in successionibus ab intestato, non ex testō,ut s.dixi.& ita tenet Guil. de Cu.& Iaco.But.& cōmunis cursus doc.& pondera,quod licet querela possit intētari usq; ad quinquennium: ut l. si quis filium. in fi.s. de inoffi. testa.tamen hęc bono.pos.infra annū debet peti,uel agnosci,quod tene cordi. Sed ego dubito, an sit hodie necessaria,quia ratio quare olim erat necessaria,est correcta,scilicet quia incogniti,& ab intestato non erant successuri.& per consequens,nec ad querelam admittendi.ut l.cum quæritur,in eo.titu. nisi producat signum prætoris,qui eos cognitos habuerit. Cum ergo ratio illa sit correcta,sequitur, quod hoc signum cognitionis non est necessarium.at. eorum, quæ dixi in Aut.ingressi.s.de sacrosan.eccl.in prin.Nec ob.ꝙ iura eorum nō sunt exequata facto testamento, qa uerum in iure rumpendi,& non semper, quia emancipatus præteritus,sine causa dicit testamentum nullum,sicut suus.ut s.dixi.Præterea textus in corpore de hę.ab inte.§.siue ergo.& §.si qs.De pdictis ibi tractat, ꝙ de recessione testamenti nō supponit petitionē istā bono. poss.fieri debere ab emancipato.Vnde dicendum uř,ex quo ius ciuile eum cognoscit,sine ptoris remedio ad querelā inofficiosi,q̄ est, q iure ciuili ipso iure admittit.& si dicas cū pteritus cū causa intentat contratab.respon. quia illud remedium est sibi necessariū ad rumpendum testamētū in sua forma nō deficiat.cogitabis.Et hæc dicta sufficiūt.Saly.

ADDITIO.

a ¶Vnde cognat.ibo.poss. vnde cognati quibus detur.& de eius man. vide ff.e.& & in spe.de test.§.sequitur videre. de bo.pos.vnde cognati, & per Bal. hic in 4.col.uer.sequitur videre.de bo.poss.vnde cog.& datur etiam in bonis maternis ab intestato.l.1.§.pe.ff.vnde cog. Ale in l.j.supra.qui admit.

De successorio edicto. Tit. XVI.

1 *Succedendi quot sint modi.*
2 *Titulus de successorio edicto quare fuerit inuentus.*

1 ¶Continua rubricam vt in gl.vsq;ibi.& no. †Quæro quot sunt species, vel modi succedendi per hoc edictum. & sol. quod duo, qa de capite in caput,& de gradu in gradū.quod declara, vt in gl. Quidā vero addunt duos alios modos, videlicet,de persona vna ad seipsam,puta, si filius non vult per vnde liberi,qa poterit habere per vnde agnati,vt ff.eod.l.j.versi.sed videndum. Item de vna persona in aliam,& ponūt exemplū.s.qn non pe. part.l.j. sed isti male dicunt,qa in primo corū exemplo,licet sit vna, & eadē persona:prima tamen succedit de capite in caput. Et ideo non est diuersa species,vel modus diuersus,sed exemplificator illius modi, quia qñq;in successione de capite in caput mutatur persona,qñque nō. sed est eadē.In secūdo exemplo,prius dicunt qđ ibi non dit ex successorio edicto,quod est volūtariū,Sed ex iure accrescēbi,quod est necessariū,quia portio deficiens accessit inuito.quod
2 declara, vt ibi dixi. † Quæro quare hic titulus fuit inuentus, seu edictum.Sol.vt in gloss.versic.item vero. vsq;ad ad alium versic. item vero.& licet glo.vnam tantū rationem ponit. Adde tamen aliam,videlicet propter fauorem defuncti. vt citius per successionem succurratur ei.argu.ff.de interro.ac.l.j. & quia secūdum Iac. Bu.& doc.Et circa rationem glos. & eius defensionem pondera, quod gl.non dicit,quod tēpus anni abbreuiet primo,sed quod j̃. tempus primi interrogabit sequentes &c. quod bene not. quia vult quod si sequens agnoscat j̃.tempus primi,teneat agnitio primo postea repudiante. Et non sit necessaria noua agnitio. quod no.ad ea,quę dixi in l.fin.s.qui admit.ad bono.posses. Item ex gl. no.quod dilatione pendente potest dari alia,quæ incipiat post illam pendentem, vt dixi in l. siue pars.s.de dilatio.Sed quæro, an tempus possit abbreuiare priusquam agnoscat bonorum possessionem,vel repudiet.& sentit ista gloss.quod sic, quia qua ratione sequentibus eadem, & primo.& hoc ad instantiam creditorū ne eis longa mora sit,vt l. si quis instituatur.ff.de hære.instit. & l. curatores.j̃.de iure delib.Et eo non respondente dicunt quidam quod omnimodo habetur pro hærede.& ita tenet glos.in l.quandiu.2.ff.de acquiren.hære. quod forte posset tolerari alio casu, quando præfigeretur ei tempus adeundi hęreditatem,de quo dicam in d.l.si curatoris.vel in l.cum antiquioribus.co.titu. Sed in casu nostro,quando præfigeretur ad cognoscendum corā iudice bono.poss.habemus dicere,quod non habetur pro agnita, quia agnitio non consistit in animo,sed in facto. Ideo dicendū, quod dabitur mater in bonis,quæ satisfaciat creditoribus per titu. ff.de cur.bo.dam.& hoc sentit ista glo.dum dicit.sic & alias &c. Nec ꝑterea perdet ipse ius petendi postea bono.pos.& sic succedendi de iure prætorio j̃.tempus legitimum,nec etiam isto casu perdet ius suum succedendi de iure ciuili.sic perpetuo ita debet intelligi,quod hic no.Iac.But. Quæro cum gl.in quibus personis locū habeat successorium edictum.Et gl.respon.tam de iure antiquo, quam nouo.vt in ea patet vsq;ad finem.Sed in eo,quod dicit hodie innouatum tum in suis, vt de iure ciuili sit locus successorio edicto, vide quod plenissime scripsi. s.ti.2.in l.qui se patris.

LEX PRIMA.

1 *Patruus matris meæ quoto gradu mihi coniungatur.*
2 *Patruus magnus,an excludat matrem.*

SI mater. Casus.Excluso priore in ordine admittitur sequens in gradu, vel capite. h.d. Et primo thematis repetitio. secundo elicitæ questionis sol.secunda ibi,tu filios. Op.quod hic nos dimittat in incerto contra.§.quibus.s.de nouo cod. cōpo.cum non declaret de qua bon.pos.hic loquitur.Sol.de bo.poss.vnde cognati, qa proprie patruus est frater patris. vt ff.de gra. lege iuriscon.§.patruus.& sic per uirilem sexum est matri coniunctus,& ei agnatus ut in prima & 2.glo. uerū licet matri sit agnatus, tamen filio eius est cognatus,qa per fœmininum sexum est ei coniunctus.Opponit. 2. qđ etiam si fuisset agnita p matrem bon. pos. non propterea noceret filio, quoniā ex psona sua petere posset.s. de cu. fu.l. fin.§.pe.Sol.illud uerū,si mater fuisset tūc furiosa, & in furore decessisset,uel postea,sed anteq̄ ipse peteret, uel petitam ratā haberet,qa tūc filius suo iure uenire nō posset. sed ut matris hęres sic,
1 & ꝑ ea rata qua eius hæres esset.†Opponiť tertio, quod patruus
a matris meæ non sit mihi patruus, sed auunculus [a] magnus, & per lineam paternam,& sic fœmininam coniunctus. ut ff.de gra. l.iuriscon.

ADDITIO.

a ¶Sed auunculus. Adde quod patruus quādoq; ponitur pro auunculo, & ecōtra vt hic.ubi per Bart. qui contrarium dicit in l.illam.j̃. de colla.quod lex.ne auūculo non extenditur ad patruum,& econtra,nec auitam,uel materteram.

l.iuriscō.§.auūculus.Sed hic proprie diciť patruus s̄m Pla.ꝙ ēt tenet Pe.& Cy.Sed Io.An.dicit, ꝙ patruus est vere,sed nō ꝑprius, quia nō simpliciter, sed cū adiuncto, qa patruus magnus, & isto respectu est improprius nō illo quo dixit Pla. & ita declarat Iac. bu.& etiam do.meus.Sed alij moderniores dicunt,quod Io.vult quod sit vere,& proprie patruus.vt d.l.iurisc. §.patruus magnus. Vbi patet,quod ista dictio notat differentiam personarū,& quęcunq; differentia adijcitur generi illud nō impropriat, sed nouā
2 speciem facit,vt ff.de adop.l.j.†Iuxta hoc igitur quæro,si statuto
a cauetur,vt existente patruo [a] defuncti mater nō admittatur ad successionem,an existente patruo magno mater excludatur,& vide-
b tur quod non [b] si improprie est patruus,vt dixit Iaco.butri.cū statuta sint de se stricti iuris,ideo restringenda,& proprie sumenda, & potissime quādo sunt ius cōmmune,& ita determinat hic Iac. but. Si autem teneas,quod proprie sit patruus, adhuc dicēdū est idem,quia cū statutū sit stricti iuris,& cōtra ius commune restringendū est ad illā speciem ꝓpriā quæ statuti habet formā,& non ad suum genus,tum propter correctionē legis euitandam quam plus potest,tum ꝓpter odiositatē statuti,tū quia plus verisimilius est,quod tm̄ de patruo proximo, & magis defuncto cōiuncto loquat,& nō de sic remoto, & quia iste itellectus est benignior tāq̄ habēs minus absurditatis, igiť sequendus, vt l. benignius.ff.de legi. Quæro quo iure iste filius admittatur ad successionē paternā huius.R̄n.per vnde cognati,vt in gl. qa licet agnascat matri, vt s. dixi,filio tm̄ est cognatus,quia per lineam fęmininā coniunctus. Sed tunc op.quia antequā deueniatur ad cognatos prætor vocat gradatim agnatos vsq;.x.gradū,vt ff.e.l.1.§.quibus.Sol.vt in glo. se.videlicet, quod vltra istā matrem nulli alij de linea agnationis patri extabāt, & sic ē hic successio de capite ī caput, & de gradu in gradum,vt dicit glos.fina.Op. quod imò non habet locum successorium edictū, quia huic matri furiosæ nō fuit delata, vt ff.e.l. j.§.furiosi,& sic de ipsa,& filio nō potest dici edictū successoriū. Sol.duobus modis,vt in gl.& declara sic, ꝙ ei delata nō diciť eo respectu,quia eius curator illā repudiare nō pōt.Itē qa tp̄s agnoscendæ ei non currit stante fauore,sed ei delata diciť,vt sanæ mētis facta ipsam debeat infra tēpus legitimū agnoscere. Itē vt eius curator eā possit petere, tenebiť tamen ipsa sanæ mētis facta ratum habere,& ea tunc ratum non habente, vel repudiante defertur sequenti, vt isto respectu locum habeat successorium edictū.

ADDITIONES.

a ¶Vt existente patruo.Adde soci consi.144.inci.diligenter considerata.in fi.primę col.in j.parte,char.217.& consi.280.inci.considerata cōtingentia.ver.sed prædictis non obstan.in 2.parte.char.cxcix. vbi hoc idem firmat, & tenet.

b ¶Et vř, quod nōn.Et sic no. quod patruus magnus non venit in statutis appellatione patrui, quia non est proprie patruus.gl.doc.Bal.& Pau.de cast.& Ang.& Ful.& Ale.hic,& Ale.in l.j.pe.co.ver.pe.idem tenet Bal.in l.iubemus.§.fin.per illum tex.j̃.ad treb.& Bal.in suo consi.qđ incipit si mater nō extat, & in l.oēs populi, in 12.co.de iust.& iu.& in l.hac edictali.s.de secun.nu.& in l.quod ff.de leg.Bal.contrarium in l.cui eorum.§.affinitates.ff.de post.adde Bar. in l.si quis sub conditione.v.col.ver. quæro quid in proauia.ff. de testa.tu.An.ros.in arb. consan.xlix.col.& Rose.in §.de viro.xi. fallen. solu.mat.

LEX II.

1 *Filius fratris, vel sororis patruo, vel auunculo nepos esse dicitur.*
2 *Nepos proprie quis sit,& quis improprie.*
3 *Frater auiæ,an transmittat ius petendi bonorum possessionem.*
4 *Gradus consanguinitatis quō secundum Canonistas, & Iuristas cōputetur.*
5 *Emphyteuta in quotum gradum rem emphyteuticam alienare possit.*

SI auiæ. Casus.Si primus nō agnouit bo.pos. vel agnouit aliter quā debuit, sequens iure petit, vel agnoscit. h.d.vel sic anterior in gradu pferť posterioribus,nisi repudiat, vel
1 tpe sit exclusus.h.d. †Gl.j.ponit casū, & ex positione ipsa no.qđ
a fili[a] fratris, vel sororis nepos est[a] patruo, vel auūculo sicut natus ex filio nepos est auo. Et de vtroq; hic in gl. sitr de vtroq; hic est tex. in l.illā,j̃.de colla. & de nepote respectu patrui est text. ff.de inofficio.testamen.l.si statuta.§. de inofficio. & j̃. de dona. q̄ sub
2 modo.l.pe.in x.colla.in ti.q.mo.fe.amit. §. item si frater. † Et dixit Dy. quod natus ex filio est nepos proprie,natus ex fratre, vel sorore est nepos imꝓprie,& dixit hoc ꝓbari,ff.de gra.l.iuriscon. §.quarto gradu.uer.item filia.cum sequē.& ff.de uerbo.signifi.l. liberorum. Ec dicitur nepos quasi post unū ordinem nascēdi descendendo,vt no.d.l.liberorū.Ideo dixit ipse quod in statutis pęnalibus appellatione nepotis cōtinebatur nepos transuersalis.Iō si statutum disponit,vt nepotes militum habeātur pro magnatibus,nō intelligitur de nepote ex fratre,sed ex filio,qa per nepotem ex fratre non descendit qualitas istā, qa non præsumitur de illius natura,arg.l.emancipatum ff.de senatuscon.& ff.de iur.pa. l.diui fratres.s.de lib.& eorum lib. l. ij. In nō pęnalibus dico verba multum esse ponderanda.Nā quandoq; loquūtur de nepotibus absolute sine alio adiūcto, vel eis copulato,ut nepotes defuncti excludāt matrem ab eius successione,tūc intelligitur de nepotibus ex filio,uel ex fratre,sed nō ex filia,quia mens statuti est successionem nō uelle transire in cognationē, ideo matrē exclusit. Præferri tamen debet nepos,ex filio nepoti ex fratre, ut sic in ordine succedēdi uerba illa percipiant interpretationem declaratiuam a iure cōmuni,ut supra de noxa.l.2. Quandoq; loquuntur de nepotibus cum aliquo copulato, uel eis adiuncto, tunc illud adiunctum cōsideratur,vnde si statutum dicit,qđ filij, & nepotes excludant fęminas,intelligeť de nepote ex filio, non ex fratre.Si autem diceret,ꝙ fratres, & nepotes defuncti excludūt fęminas: tunc statutū intelligeretur etiā de nepote ex fatre, ideo filius fratris excluderet feminas,hæc probantur ex tribus.Primo,ex natura copulæ,q̄ ē vt copulet ea quæ sunt de eod. genere,& qualitate, vt ff.de vi.tri.& oleo lega.l.fi. §. cui dulcia.& de fun.instru.l.cum delanionis.§.asinam. Secundo,quia ex præcedentibus colligitur copulantium intellectus.vt ff.de test.l. hæredes palam.§. sed si notam.& de leg.j.l.si seruus plurium.in fi. Tertio,quia natura copulæ est addere,vt l.ea tamen adiectio,de leg.iij. Sed isto casu secundo non adderet,sed minueret si intelligeretur de nepotibus ex filio tantum,ita quod non ex fratre,ergo &c.Nota.j.qđ paria sunt non facere,vel inepte facere,seu non agnoscere,uel ex capite impertinēti agnoscere.Cōtra,quod facit de le.præstan.l.nōnūquā. & ff.de colla.bono.l.filius emancipatus. Soluit. qđ in eis actus a toto nō ē nullus,hic sic, uel actus ille fuit reuocatus,hic secus. qa decessit is q adijt actu illo non reuocato, nec alio legitime celebrato,uel ibi in liberis speciale,ut no.gl. in l.ij.§. si ex condi.ff.de bo.pos.secūdū tabu. hic in extraneis,uel actus celebratus,& celebrandus ab eodem iure procedūt,quia iure prætorio hic a diuerso,quia actus celebratus est de iure ciuili,celebrandus de iure prę-
operatur obligatio naturalis,quæ procedit, de qua not.in l. cum
quis,de iure,& fact.ignorant.& ita teneo, ut latius dixi in l. cum
testamentum. Vel dic, quòd ista gloss. procedit, vbi ad nullius
instantiam ita dixit, secus si ad instantiam alicuius de legatarijs:
quia tunc respectu illius sibi præiudicat, non respectu illorum.
Itē respectu eiusdē preiudicat in omnibus suis legatis, si omnia
approbauit, alias non, nisi approbato, vt in sequentibus dicam.
4 †Opp.5.ab extra,quòd per generalem approbationem omnia de
beantur,vt ff.de liber. præter.l.filio præterito.Solu.ibi testamen-
tum erat nullum priuilegio speciali filiorum,hic vero de iure cō-
muni ex solennitatis communis defectu.Item quia ibi ad lega-
ta non tenetur,sed hæres scriptus,in cuius fauorem approbatur,
& cui totum dimittitur, hic approbans qui ad legata non tene-
tur totum erat habiturus, & ideo non sic faciliter in omnibus
5 grauatur. †Quæro cum gloss. si vnum totum soluit, an preiu-
dicet sibi in alijs? & dicit gloss. quòd non, pro qua allegat supra
de usur.l.creditor,& supra ne vxor pro marito. l. fina. & supra de
excusa. tutor. l. voluntarie. Sed in contrarium facit authenti.sed
cum testator, infra ad l. Falcid. Sed respondeo,ut in gloss. quòd
ibi in testamento solenni, & ualido licet legata possint defalca-
ri ex beneficio cui renunciatum intelligitur per integram solu-
tionem ipsius. Item in contrarium facit, infra de fideicommiss.l.
prima, sed ibi speciale in alimentorum legato concurrente pre-
statione trienniali, ut supra dicit dicta gloss. Sed forte contra-
rium facit ff. de fideicommiss. liber. lege, in testamento, ubi li-
bertate legata prestita, tenetur etiam prestare fideicommis-
sa. Et illius legis timore quidam dixerunt, quòd si plura lega-
ta debeantur eidem, soluendo unum preiudicat sibi in ceteris.
Sed

Sed quo ad alias personas sibi non præiudicat. vt in hac gl. & ad
alias rñdet,ꝙ in actibus inter viuos loquūtur.Sed hæc rñsio non
tuta.arg.j.de leg.l.fi.Quapp mihi vr̄ dicendum, ꝙ aut debentur
alij,q̄ cui soluit,& sibi non p̄iudicat.Aut ei,cui soluit,& tunc aut
sic sunt separata,ꝙ vnū pōt valere sine reliquo, & tunc vno solu-
to nō p̄iudicat sibi in alio,ut in ista gl.aut sic sunt ꝯnexa,ꝙ vnum
non pōt valere sine alio,vel saltē vnū ad aliud hēt ꝯnexitatē añce
dentis necessarie,tunc solutio facta in vno preiudicat sibi in alio,
qd̄ non emanasset,nisi aliud añcedens fuisset,vt d.l.in testō.quasi
ambo censeant̄ loco vnius rōne ꝯnexitatis.arg. ff.de ne.gest.l.cū
6 actū.& ff.de mino.l.ēt.§.j.† Quæro ab extra. qd in legato annuo,
an soluens pro primo anno,p̄iudicet sibi in cæteris? & vr̄ aperte
ꝙ per l.j.j.de fideic.ibi trienniū, re vera q̄rat̄ in legato alimento-
rū.& ī eo est spāle,& in cæteris,in ꝯriū est ius cōe, vt ēt p trienna
lē p̄stationē sibi non p̄iudicet.In hac q. Nic.de Ma.quē sequi vr̄
Bal.dicit,ꝙ si legatū annuū est unū tm̄,licet p̄statiōes sint plures,
vt est videre in casu l.si p̄finitione.& l.firmo.ff.qñ di.le.ce.ꝙ solū
p vnicā p̄stationē scienter factā sibi p̄iudicat, vt in seq.p̄stationib.
si aūt legatū annuū non est vnū tm̄, sed plura,qd̄ est regulare,&
tunc distinguit,aut illud nō est relictū, seu restrictū expressim ad
certū finē,vel cām, & tūc nō p̄iudicat sibi in futuris, sed in eo tm̄
qd̄ agnouit.arg.l.ꝙ de bonis.§.nō id circo.ff.ad l.Fal.illud est ex-
pressim relictū ad certā cām vel finē,puta ad pēsionē, vel habita
tionē,vel ad soluendū p doctrina magr̄orū,& tūc putat, ꝙ scien-
ter agnoscēs ēt p unā p̄stationē sibi p̄iudicet in futuris pp vnā ra-
dicē, & cām a qua oīa emanant.arg.j.de duo.re.l.fi.Et ad l,j.j.de
fideicō.rñdet,ꝙ ibi erranter soluit,sed p triennalē p̄stationē p̄su-
mit agnouisse,vt ibi no.Prima duo mēbra approbo, sed istud ter
tiū reprobo, qa licet certā cām exprimat, tñ re vera plura legata
censentur,& oī anno reiterant̄,tā legata q̄ causa, vnde licet sit ea-
dem causa respectu gñis vel speciei, tñ est diuersa ratione reperi-
tionis de ea factæ,& ratione legati in quolibet anno recipiēti cui
ipsa cohæret,& annectitur,& ideo idem iudicandū est, ꝙ in p̄ce-
denti mēbro,qñ causa expressa nō est. Hoc confirmo per d.l.j.de
fideicom.vbi dico, ꝙ scienter a prin.agnouit. Et probat ibi litera
in verbo secutā.Nam sequi voluntatem alterius non dr̄ ignorās,
sed sciens,ut j.ad l.Fal.l.j.& l.fi. vel si ex præstatione triennali ibi
inducitur agnitio, & illa agnitio præiudicat in futuris fauore pie-
tatis alimentorū.sequit̄,ꝙ extra pietatē alimentorū sibi nō p̄iudi
cat.Remitto tñ ad ea,q̄ ibi dicā. Quæro qñ p agnitionē debent̄,
quo iure petunt̄,cū voluntas non sit,& sic ex eo actio dari nō pos
sit? vr̄, ꝙ ꝯditione ex hac lege. cū oī tpe testm̄ sit, & fuerit nullū,
sed rescissum,vt dicam in auth.ex causa.j.de libe.præte.Bar.

LEX XVII.

1 *Testamentum an vitietur per solennitatis omissionem.*
2 *Superflua quę vitient testamentum.*

1 **Testamentū.** † Solennitatis omissio vitiat testm̄, non superfluitatis uitio admixta.h.d. No.ꝙ
cautela nō nocet.ꝯ qd̄ facit ff.de ꝯd.inst.l.si q s sub ꝯdōne.ibi (ex
superabundāti cautela p̄sumit̄ dolus,& sciētia.) Sed ibi iō, qa vi-
tiū hēt secū admixtū saltē p̄sumptiue.Itē no.ꝙ vbi necessaria pre
mittunt̄,uitiatur,qd̄ agit̄,siue sit ꝯctus,siue testm̄.Itē no.ꝙ testm̄
non est ꝯctus,vt hic,& l.verba.ff.de verb.signi.Circa qd̄ quæro,si
testator uocatis septē testib.dixit eis, uos eritis p̄ntes testes huic
ꝯctui meo,& hæredē instituit,quærit̄ an valeat testm̄,an uitiet̄ ex
eo,qa ipsum testm̄ vocauit ꝯctū,& dic,ꝙ non uitiat̄,quia de men
te apparet.licet diuerso noīe eū vocauit,ut hic in princ.& idem si
2 testm̄ codicillum appellauerit. † Oppo.ꝙ superflua vitientur, ut
l.actus legitimi.ff. de reg.iur.& ff.de fideiu.l.græce.§. si q̄s.cū si,in
gl.alleg.Gl.non sol.dic,ꝙ ibi supflua sunt admixta vitiosa,qa sūt
ꝯ formā ipsius actus.vñ dicit,ꝙ interdū superfluū non est vitio-
sum, & hēt locū lex ista,interdū est uitiosū, & tunc aut illud pōt
separari ab vtili,& tunc vitiatur,& nō vitiat. ut ff.de ꝯdi.instit.l.si
quis sub condi.ut hic.Aut non pōt separari ab utili,& tūc vitiat̄,
& uitiat,vt in ꝯriis.ff.de pac.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.fa-
cit quod no.ff.si cer.pet.l.certi condictio.§.quoniam. Saly.

LEX XVIII.

1 *Insinuatio vt ualeat coram iudice competente fiat.*
2 *Iudex quando possit cognoscere in quarterio vel porta alterius.*

Testamenta oīa. Voluntates vltimæ coram magistro cēsus publicant̄ in vrbe.h.d.
1 † No.ꝙ insinuatio facta coram iudice incompetenti non valet. [a]
a Item, ꝙ vbi iudex est limitatus ad certum offm̄, non potest fieri
prorogatio in alium non habentem idem offm̄,seu simile. Ideo
causa criminalis non prorogat̄ in iudicem,qui de criminibus nō
habet cognitionem,sed in habētem cognitionem sic, ut l.j. & ibi
2 dixi s.ubi de cri.agi opor.† Iuxta qd̄ quærit Bald.si iurisdictiones
sint diuisæ per portas, vel quarteria, an unus poterit cognoscere
ex prorogatione in quarterio vel porta alterius, & dicit ꝙ non p
istum tex.& j.eod.l.ꝯsulta.Qd̄ fateor,si tribunal ibi tenere velit.
sed ibi suum nō mutat, sed eius iurisdictio a personis de alia por
ta, uel quarterio prorogatur,dico posse.vt d.auth. qui in prouin-
cia,& s.de iurisd.om.iud.l.j. Venio ad gl.& op.ꝙ coram defenso-
re ciuitatis hæc fieri possunt.ut in auth.de defen.ciui.§.nulla.Sol.
ꝙ ibi in prouincijs,hic in vrbe.Oppo.ad idem de l.sequenti.Sol.
ut ibi.Opp.ꝙ ex legitima publicatione non irritentur uoluntates
defunctorum.ut j.l.consulta.in fi.Sol.confitendo,ut in gl. & ad-
de quod ibi dicam.

ADDITIO.

a Non ualet.Tu limitabis hoc,nisi essent latę tres conformes sententiæ,per text. in cle.ne calumnijs,de re iud.secundo,nisi statutum diceret, nullatenus. gl.in cle.j.de sequest.pos.tertio nisi supra illud iudicium esset aliud superius,ut in si. uoluit Bal.limitando illam gl.in addi.Spe.in ti. de excep.uide aliam limita.per Bal.in l.licet,supra,de procu.& de his vide Bal.in l.fi.& ibi no.in apost.infra, de excep.& in l.fi.de iusti.& iu.

LEX XIX.

1 *Imperator quomodo dicatur iura habere in scrinio sui pectoris.*
2 *Testamentum principi innouatum mutari potest.*
3 *Statuta quæ mutari possunt.& nu.4.*
5 *Principis præsentia duobus testibus probatur.*
6 *Testamentum an possit coram quocunque iudice publicari.*
7 *Testes quot sint necessarij,quando testamentum sit apud acta cuiuscunque iudicis.& nu.seq.*

a **Omnium.** [a] Testm̄ factum corā principe valet absq; alia solennitate,ex eo,ꝙ tanq̄ publicato pōt adiri
hr̄ditas,nec est necessaria bo.pos.si tñ de principis p̄ntia dubitet̄,
1 sufficit illā probari per duos testes.h.d.†No.ꝙ imperator hēt oīa
iura in scrinio pectoris sui.i.in curia sua, quia debet egregiis abū
dare doctorib.cum quorum prudentia loquat̄,ut ff.de le.ij.l.vnū
ex familia.§.fi. Item not.ꝙ vbi est imperator, sp̄ sunt multi nobi-
2 les. † Item, ꝙ testm̄ insinuatum principi, ēt si sit expresse ab eo
c probatum pōt mutari.[c] Et ratio,quia testā in libero arbitrio sunt
reposita,vt l.fi.s.de pact.& l.j.s.de sac.san.eccl.† Et præstāt ista ar.
3 ꝙ statuta confirmata a superiore possint mutare absq; illius con
scientia,& authoritate,ꝯrium tenuit Bal.per l.si vt proponis.s.de
4 nup.Sed vide quod in sim.dixi.s.de iuris.om.iud.l.fi.ad fi.† Et ex
ibi dictis collige, ꝙ statuta, quorum editio est in statuentium ar-
bitrio,mutari possunt, quia alias robur habebant sine confirma-
tione. Alia aūt,quæ per se ipsos facere non poterant,seu facta nō
tenebant sine confirmatione superioris, reuocare confirmata,vel
mutare nō possunt. Item no.ibi,& ius oē,&c.ꝙ licet morte testā-
tis confirmet̄ testm̄,quia reuocari non potest sine uoluntate eius,
non completur,nisi hr̄ditas eius adeatur,& per aditionem oīa cō
plentur,seu oīs virtus testamēti confirmatur.Et hoc voluit Pau-
lus appstolus dum dicit Saluator noster in nouo testō, Nos hæ-
redes fecit suæ hæreditatis, quā nobis reliquit, & repromisit,vñ
nisi illam adeamus,& volūtatem eius impleamus, nihil agimus.
Item no.parum.s.ibi,si vltimum comprobetur arbitrium. Quod
omne testamentum præsumit̄ vltimum,nisi appareat ꝯrium. Et
sic habes,ꝙ pluralitas testamentorum non presumitur.quod no.
Itē no.ex tota l.ꝙ testōr potest insinuare, & publicare testm̄ suū,
quod non posset scriptus hæres eo viuente, & ita intellige,quod
5 no.gl. s.e.l.2.† Item no. ꝙ principis p̄ntia per duos testes probat̄.
& tñ de hac p̄ntia non possunt deponere,quin probent de volū-
tate,cui præsens princeps fuit.Sed cum princeps obtineat vim se
ptem testium, ur̄ hic probari,ꝙ testes probant solēnitatem testa-
6 menti,sed vide quod dixi s.de bo.pos.ſm tab.l.ij. † Opp.ꝯ princi-
pium,dum dicit actis cuiuscunq; iudicis.Nā innuere vr̄,ꝙ coram
quocunq; iudice possit testm̄ publicari. Sed hoc vr̄ falsum.vt s.e.
l.proxi.& j.eo.l.consulta,ergo,&c.Sol.vt in gl.super verbo publi
cauit, quæ duobus modis exponit.Primo,vt exponatur,publica-
uit.i.condidit. & sic cōdendo manifestauit.i.expressit suam volū
tatem.& hanc dicit Cy.bonam,prout ad aures priuatorum refer
tur.Alio modo exponit,vt litera sonat, & ſm quod sumit̄ s.eo. l.
publicati, & tūc expositio bona,prout ad iudices refertur, & dic,
ꝙ hic extra vrbē, ibi in vrbe. Sed quia ex prædictis litera nō red
7 ditur clara,† quæro quot testes requirunt̄, qñ testm̄ sit apud acta
iudicis cuiuscūq;.Et dicunt quidā,ꝙ tres tm̄.vt j. eo.l.sancimus.
vers.finaūt.Alij, vt Nic.de Ma.dixerunt, ꝙ septem requirunt̄ ſm
regularē ordinem.nam iudicis presentia facit solum,vt pro publi
co habeatur,& ideo vt tabellionis manu scriptum requirit septē,
vt dixi s.e.l.i.sic,& istud,cum vterq; sit publica persona.Ego cre-
do sic dicendum fore.Aut testm̄ est iam factū, quod postea apud
acta insinuatur, & publicatur, & tunc in eius confectione requi-
runtur septem testes.Sed in hac publicatione,vt de ea fiat scriptu
ra publica,per quam probetur publicatio,& insinuatio,requirā-
tur tres testes,vel saltem duo.Aut testm̄ non est factum per prius,
sed quis facit ipsum coram iudice,& tūc,aut extra acta,& requi-
runtur

ADDITIONES.

a Omnium.Adde Bar.& doc.hic, & Bal.in l.pacta nouissima.in princi.s.de pact.& no.hoc,ꝙ dicitur ualere testamentum apud acta factum de iure ciuili,ubicunque ualeret de iure prætorio,nec tunc est necessaria bon.pos.secundum tabu. Bal.in l.certum.p e.col.in prin.uer.& no.supra,unde cogna.

b Potest mutari.Adde Bald.hic,qui tenet contrarium,ꝙ eadem solennitas requiratur in destructione,quæ requiritur in constructione.ar.l.ut proponis. supra,de nup.tamen cum hac opi.Saly.transit Bar.& Ful.& Pau.de Ca,qui pro hoc allegat in simili ꝙ uoluit Io.An.in noue.in c.j.de his, quæ fiunt a ma.parte ca.ꝙ si canonici iurant seruare statuta,intelligitur quousque durabunt,& possunt statuta reuocare,nec sunt periuri,cum de natura ipsorum sit ꝙ reuocari possint, sicut testamēta.adde, ꝙ pro hoc ēt facit quod ipse Bal.cōsuluit consi.c.4.par. ꝙ si sit data certa forma in testando, quòd illa non requiritur in cancellando.

runtur ſeptem, ſed non hr̄ pro publico, niſi à publica perſona ſit ſcriptum. Aut fecit in actis, & in iſto caſu loquiť hæc lr̄a, q̄ notan
8 ter dixit in actis iudicis. † Et tunc, quia acta fiunt a publicis pſonis, & ſic a tabellione, ad hoc deputato, & tunc dico, ꝗ ſufficiunt tres, & ſic iudicis pn̄tia cũ tribus teſtib. a tabellione deſcriptis habebat vim ſolennis ordinationis, & ſolennis publicationis coniuncta ſcriptura tabellionis, vt d. l. ſancimus. Aut publicatiõe priuatorũ, de quibus in litera, & tunc ſeptē teſtes requiruntur, & ꝗ a tabellione ſit ſcriptum, & lectũ, alias non eſſet publicatũ, & ita debet intelligi hęc litera. Vnde dicere poſſumus, ꝗ hic ſit caſus, ꝗ teſtm̃ nuncupatiuum manu tabellionis ſcriptũ in pn̄tia ſeptem teſtium probet. & ita ſopita eſt quæſtio antiqua, de qua no. s̄. e. l. j. & j̄. de fideicom. l. quæſtionem. Nam hic dicit litera, ꝗ teſtator eſt ſecurus ex publicatione, quam fecit coram priuatis, & hoc nõ põt eſſe, niſi qñ priuatorum ſolennis numerus interuenit, & pu
9 plicatio ꝑ notariũ rogatũ. † Quęro cũ gl. fi. an ſolus princeps hic ſufficiat, an teſtes ſaltē duo cum principe requirant? & quidã, ꝗ ſolus ſufficit ſine teſtibus. & hanc partē puto verã, quo ad eſsētiã & pfectionē teſtamenti, adeo, ꝗ ſolo teſtimonio imperatoris debet ſtari, & ēt hr̄ pro publicato. Sed ſi imperator non viueret, vel memor non eſſet, deficeret probatio, & nõ ius, ex defectu tñ probationis teſtm̃ non haberet effectũ, & iõ ad probãdũ pn̄tiã imperatoris duo teſtes ſunt neceſſarij pro cautela, nec poterunt ipſi teſtificari de præſentia principis, quoniam de volũtate teſtantis teſtificant, & ꝑ iſtũ modũ intelligo gl. hic in fi. & j̄. eo. l. hac conſultiſſima, in prin. Si igiť pars aduerſa fateť lectũ, vel nuncupatũ corã imperatore, licet diceret teſtes aliquos non interueniſſe, ſuccũberet, qa de præſentia teſtium ad eius validitatem, & publicationem non curatur, nam hec duo operatur principis præſentia.

LEX XX.

1 *Teſtamentum primũ, quando per ſecundũ minus ſolenne rũpatur. & num. 2.*

a 1 **Nolumus.** a † Caſus. Teſtm̃ primũ nõ rumpiť per ſcdm minus ſolēne, licet imperator ſit in ſcdo hr̄s ſcriptus. h. d. ſm̃ gl. Super tex. ibi, falſo aſtruere. dic, ſi ergo non falſo, tolleť primũ ſm̃ gl. ſed dic, ꝗ lex hēt ꝓ falſo, ideo nõ tollit primũ ſm̃ doc. Ideo dic alr̄ caſum, videlicet. Primũ teſtm̃ redactũ in ſcripturã, non tollitur per ſecundum ſine ſcriptura cõfectum, in
2 quo imperator, vel alius potens ſit inſtitutus hæres. h. d. † In gl. j. ibi, aliud ſi eſſet ſolenne. imo idē, ſi eſſet ſolenne. nec ob. l. imperfecto. s̄. eo. quia ibi loquitur vbi nullum præcedebat teſtm̃, vel ſi præcedebat, primum non fuerat in ſcripturam redactum, alias ſi primũ in ſcripturam redactum fuiſſet, oportet, ꝗ ſequens ēt eſſet in ſcriptis, vt tolleret primũ. & eſt in imperatore & aliis potentib. ſpāle, vt euiteť oĩs ſuſpicio falſitatis ſm̃ Iaco. de Ra. Richar. Malũ. Nic. de Ma. & Ray. Sed pro gl. facit ꝗ hic ad fi. dicit alternatiue, vel legibus ad ſucceſſionē vocatis. & ſic vr̄ hic loqui ſiue præcedebat teſtm̃ in quo ſcriptus erat hæres, vt in prima parte diſiunctiue. ſiue nullum præcedebat, ſed ab inteſtato quis per leges vocatus erat, ſed rñdent ipſi, ꝗ illa diſiunctiua ponitur pro coniuncta, vt alias. j̄. de cadu. tollen. §. in pro non ſcriptis. in fi. Vel ſi proprie, non diſiungit ab eo, quod de ſcripto herede pdixerat, ſed a quodam ſubaudito, quaſi dicat, ſiue ſcriptus heres vocetur legibus. i. de iure ciuili ad ſucceſſionem, ſiue vocatus fuiſſet de iure prætorio per bonorum poſſ. & hæc opi. ſatis placet, alias hęc l. nil noui induceret. Voluit. n. imperator potius pati hoc damnum, vel præiudicium, & euitare blaſma, quod hodie non uolunt audire dñi moderni, tam clerici, quam laici tanta cupiditate ſunt tenti. Et ꝑ fas, & nephas appetunt diuitias, vt dicit hic Cy.

ADDITIO.

a ¶ Nolumus. An, & quando teſtamentum minus ſolenne tollat primum ſolenne contra regulas iuris. vide Soc. conſi. clxiij. inci. non fuiſſet opus ulteriori diſcuſſione. uer. 2. ratio eſt, quia, & ſi in 2. par. char. lxxij. ubi etiam habes an teſtamē tum ſecundum tollat primum, & an per clauſulam generalem, & qualiter, & quando, in d. conſi. in ver. ij. præmitto quod, ꝗ & uer. ſecundum quod dicitur. cum uer. ſeq.

LEX XXI.

1 *Teſtes teſtamenti an debeant eſſe rogati. & nu. ſeq.*
5 *Teſtes teſtamenti quot, & quales eſſe debeant. & nu. 6.*
7 *Teſtamentum imperfectum, an inter liberos ſit validum.*
8 *Mater an poſſit filio impuberi tutorem dare.*

Hac conſultiſsima. Forma teſtamēti in ſcriptis trahiť ex hac l. vſq; ad §. ex imperfecto. h. d. Op. de §. per nuncupationē. j̄. ea. l. j. Sol. vt in gl. j. Opp. ꝗ teſtator ſua manu debeat ſcribere nomen hr̄dis. vt j̄. ea. l.
1 iubemus. ſol. vt gl. ſuper verbo conſcripta. † Opp. ꝗ teſtes non de
b beãt eſſe rogati, b ſed ſufficiat, ꝗ ad hoc ſint ꝯnocati, vt patet hic ex ſequentibus, ibi dum dicit, cum teſtibus &c. ff. e. l. hereditas palam. §. in teſtamentis. So. ꝗ quidam fatentur ꝯrium, & exponunt rogatos. i. conuocatos, dummodo teſtõr eis faciat nutum, ꝗ vult, ꝗ ſint teſtes huic ſuo teſtõ &c. Alii dicunt vtrunq; exigi, & conſuetudo ſeruat, ut rogentur, & ſi ab eo incipias, non expedit ꝗ de conuocatione fiat ſermo. Si autem incipias a conuocatione, tũc
2 dicunt, ꝗ de rogatione debet fieri ſermo. † Sed pone, ꝗ de rogatione non eſt factus ſermo, an pſumiť? dic, ꝗ ſic in caſu huius l. ꝗ ſe ſubſcripſerunt, ſed ibi tabellio fecit inſtrm̃ de teſtõ, tunc aut dixit pn̄tibus teſtib. &c. tunc ꝑ illud verbum, &c. pſumiť in dubio rogatio. ar. eius ꝗ de illo verbo, &c. no. ff. de lib. & poſt. l. Gallus. §. j. Aut illud verbum. &c. non eſt ſcriptum, tũc variæ ſunt opi. de qbus ſcripſi in auth. rogati. s̄. de teſta. dic, vt ibi. Si aũt eſſent alij teſtes, q̄ deſcripti, tunc non pſumerent rogati ſm̃ Bal. ſed quęro, qd in teſtõ nuncupatiuo, de quo non eſt facta ſcriptura? dico ꝗ non reperio expreſſe de rogationib. tñ de conuocatione ſic, ut s̄. tit. j. l. hac ꝯſultiſſima. & j̄. e. l. in teſtis. † Sed ſuppoſito, ꝗ cõuocatio, &
4 aſſertio teſtamenti, ꝗ teſtõr facit eis, vt teſtib. hēat vim rogationis. Vel pone, ꝗ expreſſim ſint rogati, an cũ poſtea teſtificabunt, ut in publicã formã redigãt, habent neceſſe dicere, ꝗ fuerũt rogati? dico ꝗ ſic, vel quia talia verba dicunt interueniſſe, quæ vim rogationis hñt, ꝗ eis credit de eorũ rogationib. in tabellione eſt gl. clara, q̄ dicit, ꝗ rogatus præſumiť in auth. de tabel. §. vos aũt. col. 4. & hoc ibi ſcribit, ꝗ ipſe, & non alius hēt neceſſe ſcribere, & ſic ſuo non alieno noĩe, alias, ſi alieno noĩe ſcribit, tũc dēt facere mētionē, ꝗ de illius voluntate ſcribit. vt j̄. de iure delibe. l. fi. §. ſinaũt
5 dubius, in fi. † Opp. 3. ꝗ non ſeptē teſtes, ſed qñq; plures, & qñq; pauciores, vt s̄. ti. j. l. hac conſultiſſima, & s̄. de teſta. mi. l. milites. & in alijs. ll. alle. in gl. Sed attende, ꝗ licet gl. bñ dicat, quo ad numerum teſtium, tñ dubitari põt an in quolibet ex illis caſibus requirantur rogati. Et hic attende, ꝗ in qualibet alia vltima uoluntate a teſtõ non exiganť rogati, ut j̄. de co. l. fi. in fin. In teſtõ vero ſiue ſeptem teſtes, ſiue plures requirantur, debent eſſe rogati, vt hic, & s̄. tit. j. l. hac conſultiſſima. Vbi vero pauciores, ut in teſtõ militis, dic, ꝗ ſi neceſſitate mortis vrgente teſteť, tunc non exiguntur rogati, alias ſic, vt no. in l. milites. s̄. de teſt. mi. Vel ibi pauciores requirunť ex priuilegio patrię indulto. ut s̄. eod. l. ſi non ſpāli. dic, ꝗ requirunť rogati, niſi aliud appareat in priuilegio. argu. ff. de teſt. mili. l. diuus. s̄. de inoffi. teſta. l. ſi qñ. Vbi uero princeps interfuit, ibi gl. iſta dicit, ꝗ duo requirũtur. Dico, ꝗ ſi ad eſſentiam teſtamēti requirunť, debēt eſſe rogati. ſed qa nõ credit, ꝗ ad eſſentiã teſti
6 requirantur, ut dixi s̄. e. l. oĩm. puto ꝗ non exiganť rogati. † Opp. 4. ab extra, ꝗ licet oẽs ſint puberes, nõ ſufficiant, ut ff. e. l. q. teſtõ, §. mulier. Sol. ꝗ hæc ſm̃ illã, ut intelligatur de maſculis, non fęmi
c nis. c Fallit in teſtõ militis, & in teſtamento facto inter liberos. vt no. j̄. eo. auth. ꝗ ſine. in codicillis dic, ut no. j̄. de codi. l. fin. Opp. 5. ꝗ teſtator non teneatur ſe ſubſcribere, ut s̄. eo. l. cum antiquitas. in fi. Sol. ut in gl. Opp. ꝗ ſubſcriptiones non fiant in fi. j̄. e. l. cum antiquitas. in fi. Sol. ut in ſeq. gl. Quæro quid debeant continere ſubſcriptiones teſtium. & dic vt in glo. in qua adde, debet tamen quilibet eorum facere mentionem de ceteris, ut appareat, ꝗ vno contextu ſignauerint & præſentes fuerint. &c.

ADDITIONES.

b ¶ Rogati. Tu dic regulariter ꝗ ſic, ut per Bar. in l. habeat. nu. xxxix. in repet. d. l. & in apoſt. in uerſ. rogati. ſup. de ſac. ſan. eccle. & ibi in repe. Bald. nu. xxxvij. & in apoſt. in uerſ. ſuper quarto puncto. & fallentias ad dictam regulam vide per Bar. Socin. in ſuo tract. fallen. re. ccccxx. in uerſi. teſtis. & Pet. Phili. Cor. conſil. lxxviij. in litera. m. & conſi. cclxxviij. in litera p. q. & ſequen. & conſi. clxxvj. in litera. d. volu. iij. ubi ponit per quem debeant rogari. de quo etiam per Lanfran. de Oria. c. quoniam contra falſam. §. teſtium depoſitiones. nu. xxiiij. uerſi. quæro ulterius. & ſequent. extra, de probatio.

c ¶ Non de feminis. tu dic de hoc, ut no. iſte in l. j. nu. j. uerſi. quæro tertio. & quod ibi dixi plene in apoſt. in uerſi. feminæ. ſupra eodem tit.

§. Ex imperfecto aũt. Licet teſtamentum deficiat in ſolēni numero teſtium, valet tamen inter liberos tantũ. h. d. Et dicit gl. hoc procedere in teſtamento, nedum in ſcriptis, ſed etiam nuncupatiuo, ut in glo. j. quod an ſit uerum ut in nuncupatiuo procedat, vide
7 quod ſcripſi in authen. quod ſine. j̄. eo. † Opp. ꝗ inter liberos nõ valeat teſtm̃ imperfectum, ut l. ſi is, qui. ff. eo. ſolu. ꝗ hic de imperfecto, quantum ad ſolennitatem teſtium, ut patet ex continuatione iſtius literę ad præcedentia. & aduerſatiua aut, hic poſita, ibi de imperfecto reſpectu uoluntatis, & ita no. in l. fi. ff. fa. ercil. & hæc vera, vt ibi dixi. Sed dubitauit Bar. j̄. de l. ſi ſi is q. ſi pr̄ ſcripſit ſuũ teſtm̃, in quo filius inſtituitur hr̄s, legata reliquit, & teſtm̃ in ca-
d pſa repoſuit, d & nõ legit, nec legi facit, an teſtm̃ dicatur imperfectum ex defectu uolũtatis vel ſolennitatis, & mihi apparet, ꝗ ꝑ vtroque defectu principaliter tamen uoluntatis, vt s̄. ti. j. l. hac cõſultiſſima. §. ꝗ eundem. in verbo ꝓfiteatur agnoſcere, & ff. de le. 3. l. fideicõmiſ. §. j. vnde cum defectus voluntatis prepotentior ſit,
e nedum quo ad extraneos, ſed nec inter liberos tenebit. e Oppo. cum gl.

ADDITIONES.

d ¶ Et teſtamentum in capſa repoſuit. Sed quid ſi teſtõr dixerit coram teſtibus, relinquo illis, quos nominaui in quadam ſchedula, quam depoſui penes guardianum fratrũ minorũ manu propria, an ualebit ut teſtm̃ nuncupatiuũ. dic, ꝗ ſic, ſi conſtat, ꝗ ſit manus teſtõris per comparationem literarum, uel per alias cõiecturas, ut per Soc. conſi. clxxiij. incip. reueren. pater. uerſi. ij. principaliter. ibi ſi teſtator. in ij. parte. char. xliiij. & ibi habes, quid ſi teſtator dixerit, ꝗ in qua dam ſcriptura continebatur teſtamentum coram ſeptem teſtibus, qui ſe ſub ſcripſerunt, & ſigillarunt excepto uno, qui ſe non ſubſcrip. & ſigillauit, an ualet, ubi tenet ꝗ teſtamentum non ualet, neque in ſcriptis, neque nuncupatiuũ. in uerſi. ſed principaliter poſſet. poſt medium. ibi nam ſi teſtator.

e ¶ Tenebit. Tu uide de hoc quæſito Bar. in ſuo tract. fallen. regu. ccccxcix. in verſi. teſtator. & eundem conſi. clxxiij. inci. reuerende pater. uerſi. ſed principaliter. poſt medium. ibi nam ſi teſtator. uol. ij.

cum glo. de l. qui a patre. ff. de confir. tuto. Quidam ſoluebant, ꝗ aliud in tutore vt ibi, aliud in hæredis inſtitutione, vt hic. Et eſt ratio, quia hic erat codicillus, in quo tutor dari non poteſt, vt l. 3. ff. de teſta. tut. ſed hæc truffa eſt, quia nec hæreditas datur in codicillis, vt s̄. eod. l. non codicillum. quare glo. dicit, quod illa l. qui a patre. eſt hodie correcta per l. fi. s̄. fam. ercil. & per iſtam quæ latius loquitur quam illa, quia hæc in vtroque parente. Quia attende quomodo l. qui a patre. non videtur corrigi per l. fi. s̄. fam. ercil. quia illa loquitur in hæreditate, l. qui a patre in tutore, ſed quia iſta generalius loqui videtur non reſtringens ſe ad hæreditatem, ideo ſolutio illa poteſt tolerari ſecundum Iacob. Bald. tenuit quod nec hodie poſſit, quia iſte tex. debet reſtringi ſecundũ ſubiectam materiam. arg. ff. loca. l. ſi vno. & cum hac opi. Iaco. per tranſit glo. s̄. de teſta. tu. l. j. quæ iſti videtur contraria. Sed pro cõcordia doct. communiter dicunt. Aut tutor datus extraneus eſt, & tunc etiam non tenet per iſtum text. & quia priuilegium pupilli in extranei præiudicium non debet redundare. vnde confirmatione indiget. Aut eſt de liberis, tunc dicunt valere ipſo iure, & confirmatione non indigere. & ita tenet Bar. Ego idem, ſi iſtē eſt talis de liberis qui etiam non datus ei foret legitimus, vt frater fratri, ſed vbi non eſt talis qui pupillo foret legitimus, quia alius eum præcedat, tunc non teneat ipſo iure abſque confirmatione, vt d. l. quia a patre. Et ratio eſt, qa in præcedenti eſt honor,
8 in caſu iſto eſt onus. † Sed iuxta hæc quæro, quid ſi mater eſt illa, quæ in teſtamento dedit tutorem filio impuberi, an idem erit, quod in patre? ſentit iſta glo. quod ſic per iſtum text. qui dicit, parentibus vtriuſque ſexus. Contra quod op. gl. de l. peto. §. mater, de leg. ij. Solu. gloſſ. vt ibi dixit valere pro codicillis, in quibus tutor dari non poteſt, vt l. 3. ff. de teſt. tut. quaſi dicat hic de codicillo nihil dixit, ideo teſtari voluit, licet teſtamentum imperfectum ſit quo ad ſolennitatem, ideo facilius hic validatur. Hanc ſolutionem no. ad id quod dixi pro intellectu l. nõ codicillum. s̄. eo. Hæc tamen ſolutio in ſe ibi diuinat. præterea mater non poterat olim in teſtamento tutorem dare, vt l. mulier. ff. de confir. tu. & s̄. de cõfir. tu. l. j. niſi filium hæredem inſtituerit, vt l. mater. s̄. de teſt. tu. & tunc nec ipſo iure tenebat, ſed confirmabatur cum leui cauſæ cognitione, hodie vero ipſo iure tenebit. vt in hac glo. quæ vult, ꝗ ſicut hæc contingit corrigi in patre, ita & in matre. Ita quòd ſi iſto modo intelligatur, vt l. peto, §. mater. & dic quod hodie ille §. eſt correctus. Sed alio modo poteſt intelligi, ideo glo. ſol. aliter, videlicet quòd hic teſtamentum erat imperfectum quo ad ſolennitatem, ibi perfectum quo ad ſolennitatem, & tunc ſi defectus erat ſolum in eo quòd mater erat quæ tutorem dedit, tunc hodie talis defectus non attenditur. Si vero defectus cõſiſtebat in alio, vt quia tutor datus erat talis conditionis qui dari non poterat, vel ei cui dabatur, exceſſerat ętatem pupillarem, tunc illa lex remanet in terminis ſuis, nec iſta locum habet, & tunc licet non teneat tutoris datio, tamen valet fideicommiſſio, quia a pupillo hærede inſtituto dicitur relictum. Quæro ab extra, an iſte §. lo-
a cum habeat, quando pater inſtituit filium naturalem a tantum in portione, qua iure poteſt. & de hoc dic, vt plene ſcripſi. s̄. fami. erciſ. l. fi. Et ſimiliter an habeat locum econtra, quando filij parentes inſtituunt in minus ſolenni voluntate. Item an iſte §. habeat locum, quando teſtamentum eſt imperfectum ex cauſa præteritionis ibi plene ſcripſi, quod vide. Vltimo colligo ex iſto tex. & in fi. quod defectus, qui inſurgit ex teſtamento minus ſolenni, vt no. per glo. & docto. in l. cum quis. s̄. de iur. & fact. igno. non impedit ius accreſcendi inter cohæredes. Sequitur authen. quod ſine.

ADDITIO.

a ¶ Filium naturalem. Vide Bal. in l. ſi qua illuſtris. infra ad orfi. & in l. fin. ſupra fa. er. de quo vide glo. ſing. ſecundum Io. de Imo. in l. filij ſupra fa. erciſ.

AVTHENTICA.

1 *Teſtamentum in ſcriptis minus ſolenniter factum quando valeat.*
2 *Scriptura priuata, quæ ad ſui validitatem requirat.*
3 *Filij an poſsint adire hæreditatem ex teſtamento imperfecto.*

1 **Quod ſine.** † Hodie teſtamentum in ſcriptis minus ſolenne inter liberos factum, ita demum valet, ſi forma hic ſcripta ſeruetur, & tunc in eo legata & fideicommiſſa relinqui poſſunt. h. d. Ibi, non ſignis, id eſt notis. & hoc de his quæ non ſunt in vſu, vt ff. de bono. poſſeſſ. l. ſed cum patrono. §. ſi. ſecus ſi ſunt in vſu, quia in illis ſcribi poteſt, vt in l. quoties. ff. de hæred. inſtitu. niſi expreſſim aliud caueatur in lege, vt hic in glo. Opp. ſic, cum relatiuum ſit rei antelatæ repræſentatiuum, vt ſupra de ſum. trini. l. prima. & ff. de legatis primo. l. ſtichus qui. & de lega. 3. l. imperfectum. Sequitur ꝗ hic male incipiat dicere, ꝗ ſine ſubſcriptione, cum in §. ex imperfecto, non ſit facta mentio de ſubſcriptione aliqua quæ fieri debeat, vel non. Sol. vt in gl. quod iſte tex. non habet continuationem cum §. ex imperfecto. ſed ad auth. ſi modo. poſitã ad l. fi. s̄. fami. erciſ. Quæro mõ, in quo per hanc auth. derogetur. §. ex imperfecto. ſeu quomodo cum eo conueniat. & dicit gloſſ. quod noſtri maiores hanc auth. & authē. ſi modo. intellexerunt quãdo teſtamentum eſt factum in ſcriptis, alias fruſtra requireret ſubſcriptionem, quæ requirit ante pręſcriptionem. & credo quod bene dicunt, & erit ſenſus, quod teſtamentum ſcriptum a patre forma hic ſcripta, valet inter liberos. Sed pondera, quod extranei non poſſunt hæredes inſtitui, licet eis poſſit legari & fideicommitti, ſi non ſit ſcriptum a patre, ſed ab alio, valet demum ſi ſubſcriptio patris & filiorum interuenit. vt d. authē. ſi modo. s̄. fami. erciſ. vbi igitur ſcriptura patris non interuenit, ſed alterius, & ſubſcriptio patris & filiorum non interuenit, tunc non tenet teſtamentum nõn ſolenne, etiã inter liberos, quod prius tenebat inter liberos, vt in §. ex imperfecto. Sed de nuncupatiuo videamus. & dicit glo. quod §. ex imperfecto, non eſt in eo correctus. Barto. vero dicit, & in nũcupatiuo eſt ei derogatum. Quia pro veritatis indagatione eſt quærendum, an §. ex imperfecto. loquatur de teſtamento nuncupatiuo, vel non, & mihi videtur, quod de teſtamento in ſcriptis, id eſt in ſcripturam redacto loquatur, ſiue fuerit nuncupatum, id eſt quia nihil ſecretum fuit teſtibus, dum tamen ſcriptura facta fuerit, ſiue non fuerit nuncupatiuum, quia teſtibus fuit occultum quid in eo continetur. Sed de nuncipatiuo in nullam ſcripturam redacto, ſed teſtibus, licet non in ſufficienti numero, nuncupato, non loquitur §. ex imperfecto, ſed ſequens §. per nuncupationem. qui notanter non eſt de omni nuncupatiuo, nõ loquitur §. ex imperfecto. ſed declaratorie & reſtrictiue de eo qđ non eſt in ſcripturã redactum. Nam tale teſtamentum imperfectum, dico quod inter liberos nõ valebat, quia nullo iure cauetur, tamen ex imperfecto loquatur de teſtamento in ſcripturam redacto, ut patet ex cõtinuatione ad ſuperiora, cui aduerſatur. & quod ante ipſum & poſt ipſum vſque ad §. per nuncupationem. non eſt tex. locutus de teſtamento ſine ſcriptura. Sed ex præcedentibus & ſequentibus colligitur mediorum intellectus, vt l. hæredes palam. §. ſed ſi notã. ff. eod. l. ſi ſeruus plurium. in fi. de leg. j. Nec poſſumus dicere, quod l. fi. s̄. fam. erciſ. h. d. quia ſi litera bene ponderetur, ibi loquitur quando ſcripturam de eius voluntate factam conſtabat, vt ibi ſcripſi. Nec l. ſi cognita. h. d. quia de voluntate diuiſoria loquitur, non de teſtamēto de quo loqmur. Hoc confirmo a maiori vel minori, & ratione abſurdi vitandi. Nam ſi teſtamentum ab extraneo ſcriptum, a tribus vel quatuor teſtibus ſubſcriptũ, non valet inter liberos, ſi ſubſcriptionem liberorum vel parentis non habet, vt hic in princ. & d. auth. ſi modo, quanto minus voluntas non ſcripta, a duobus teſtibus tantum probata. imo quod ſi olim aliter fuiſſet ſtatutum, haberemus dicere hoc correctũ, cum per maioritatem rationis inducatur correctio legis, vt dixi, & probaui ſupra de noxalib. l. ij. Pro hoc facit, quia hæc auth. in corpore eſt inducta vt fraudib. obuietur. Concludo igitur, quod in quolibet teſtamento in ſcriptis, vel nuncupatiuo in ſcripturam redacto, eſt correctum, & hodie non valet inter liberos niſi ſcriptum ſit manu parentis. vt in princ. vel niſi per alium ſcriptũ habet ſubſcriptionem patris, vel liberorum. Teſtamentum autem nuncuptiuum in ſcripturam non redactum ſi minus erat ſolēne, dico quod vel olim inter liberos non valebat, quia ſatis eſſe verum probaui. vel ſi valebat, dico hodie non tenere, vt voluit Mart. Quæro nunc in caſu in quo valet quot teſtes requirantur. & dicit gl. quod duo, nec curatur an ſint mares vel fœminę, quia hoc in filijs eſt ſpeciale. & ita pertranſeunt docto. & ita alibi addit gloſ. quod non requiritur vt ſint rogati. ita no. j̄. de codi. l. fin. in fi. Quæro ab extra, pater non ſcripſit, ſed alius, nec vlla eſt patris vel liberorum ſubſcriptio, ſed liberi fatentur, quod patris voluntate fuit ſcriptum, an tunc valebit? Quidam quod non, quia deficit forma hodie tradita. In contrarium, quia ad hunc finem ſubſcriptiones requiruntur vt voluntas per eas probetur, & per filios ſuos ſubſcriptiones vel paternam recognoſcentes. Sed ad id, quod de proprijs ſubſcriptionibus dicitur, faciliter reſponderi poteſt, quod per eas apparet quod filij tempore confecti teſtamēti eum approbauerint, & contenti fuerunt, quod ſi non fuiſſent, forte pater aliter feciſſet. in caſu noſtro de ipſorum approbatione non fatentur. Ad ſecundum de paterna ſubſcriptione reſpon. quod patris voluntas formata non debet cognoſci, & ita in effectu fuiſſe creditur. In propoſito voluntas non formata affirmať,
3 & propter defectum formæ de eius effectu ſuſpicatur. † Quęro an in iſta priuata ſcriptura requiratur dies, menſis, milleſimum, nomen conſulis ſeu regentis? dic quod ſic, probatur hic in verbo tempus. & ff. quemadmo. teſta. aper. l. ij. §. idem facit, in Auth. q. b. mo. na. effi. leg. §. quantum. licet ſcriptura priuata videatur valere ſine die & conſule, vt ff. de pigno. l. cum tabernam. §. quæſijt. Et in vltima voluntate eſt ratio, quia pluries fieri & mutari poteſt, vnde eſt neceſſe vt appareat de tempore. quia illud eſt ratum quod eſt vltimum. vt s̄. eod. l. omnium. ſecundum Bald. Quæro, quid ſi ſcriptura iſta a tempore ſcripta non fuit lecta, an ſit ſeruanda? reſpon. quod non, vt dixi in §. ex imperfecto. &
3 probatur etiam ex dictis in quæſtione. ij. s̄. proxime. † Quæro, an ex iſto teſtamēto imperfecto filij poſsint adire hæreditatem, & ſic dicantur hæredes teſtamentarij? & breuiter dico quod ſic, vt probatur in §. ex imperfecto. & latius hunc paſſum examinaui. s̄. familiæ erciſcun. l. filij, vbi vide. Quæro, pater in teſtamento ſolenni filium impuberem hæredem inſtituit, & ei ſubſtituit pupillariter extraneum, poſtea in codicillis ſubſtituit ei pupillariter fratrem ipſius impuberis, an teneat iſta ſubſtitutio codicillaris, & an reuocata ſit prima. Refert Bald. quod Bar. ꝯſu-

luit

luit ꝙ sic hodie,qa inter liberos pōt testari in codicillis.vt s̄.in §.
ex imperfecto.&per ꝯsequens directo substituere.vt in milite dr̄
ff.de test.mi.l.militis codicillis.Sed ipse tenet ꝯriū, qa speciale est
ibi in milite, & sic ꝯriū est ius commune.Solu. ꝯcludit ꝙ frater
substitutus non admittit vigore substitutionis. Ego idem dico,
si mentio est facta codicillorū, vt ipsemet supponit,argu.eius qđ
no.gl.in §.ex imperfecto.& eius qđ dixi.s̄.e.l.nō codicillū.& ꝑ ea
q̄ latius scripsi in l.filij.s̄.fa.ercis.Sed vbi nō esset ꝑ notarium vel
aliū facta mētio de codicillis,sed tm̄ essent quiq;testes numero,
& ꝑdictam substōnē fecit,tūc si est tale ꝙ valeat ſm formā istius
auth.vel legū aliarū,& maxime.j̄.ea.l.§.si dico, ꝙ lex alleg.bñ di
cit ꝙ nō est codicillus. Dubitari tñ posset in primo casu vbi esset
codicillus,&sic nō admitteret substitut',an prima esset reuocata,
& vr̄ ꝙ sic, vt i l.hac cōsultissima. §.fi. In ꝯriū facit,qa ibi in testō ī
perfecto,sed nos in codicillo. Ideo cogitandum relinquo. Bart.

AVTHENTICA.

1 *Testamentum inter liberos an reuocetur per aliud factum inter extraneos. & nu.seq.*
4 *Hæreditas ex testamento minus solenni non potest adiri.*
5 *Tabellio an possit testium iuramenta & depositiones recipere.*

a Hoc inter liberos. a †Casus testm̄ factū inter liberos si reuocat ꝑ aliud testm̄
inte extraneos factū,nisi expressim primū ī scđo sit reuocatū.h.
d.&ʳnotabiliter. In tex.ibi,declaret.dic& expressim, vt patet in
cor. qđ no.ad id qđ dicā.j̄.eo.l.sancimus. Glo.op.de §.pe.j̄.ea.l.
Sol.qđ hic est speciale ꝑꝑ ꝑcedentē solennitatē. Sed certe licet
hæc solennitas inter liberos sufficiat.nō ꝑpterea sufficeret in ex
traneis.& iō dico ꝙ fauor liberorū īstitutorū in primo, & nō in
scđo,hoc operat.vt no.in cor.ſm Iac.& Cy.Gul.inducit in arg.ꝑ
2 rescriptis.dic vt in ea. & vide qđ scripsi in l.fi.s̄.de diuer.re.†Quæ
b ro,si ſm testm̄, ᵇfactū est inter liberos,an clausula derogatoria re
quirat? gl.ī cor.sentit ꝙ nō,sed Ia.de ra.& Cy.ꝙ sic,qa tex.in cor.
loquit indistincte.primā partē fatet Bal. si causa mutādi superue-
nit,arg.s̄.de inoffic.test.& ff.de sol.l.si Cornelius.Vbi autē causa
ꝑmutandi nō superuenit, tūc si scđm est fauorabilius ꝑ liberis,
q̄ primū, valet ſm,quasi cuiusdā taciti odij exclusiuū.Sin autem
ecōtra primū est fauorabilius ꝑ liberis,tūc nō valet scđm, nec le
gata vel fideicōmissa in eo relicta,qa tota dispositio est nulla, vt
3 hic.† Quæro ij. si neutrum testamētū esset manu testatoris vel
tabellionis factum, & vtrunq; est secundū ius cōmune, an valet
scđm clausulā derogatoriā nō habens? dicit Cy.ꝙ Iac.de Ra.di-
cit ꝙ nō valet,quia si præualet primum factū de iure speciali,for
tius præualet,si est de iure communi.ar.ff.de test.mili.l.eius mili
tis.§.ex militia. secundum Bal. distinguit vt in præcedenti.

ADDITIONES.

a ¶Hoc inter libe.addē Ang. in Auth.de testa.imperfe. §.& si quidem. col.viij. post glo.& de hac materia vide omnino per Alex.hic, & in consil. suo.lxxvi. col.iiij.parte.
b ¶Si secundum testamentum.adde Soci.consi.clxiii.inci.non fuit opus.versi.iij. pro hoc non.in ij.parte.chart.xiii.vbi hoc idem allegat,& tenet.

§.Per nuncupationem quoque. Testamentum nuncupatiuum debet fieri coram septem testibus ad
hoc conuocatis testatoris voluntatem audientibus,h.d. Dubita
tum fuit an inter liberos valeat cum duobus testibus. & glos. te-
nuerunt quod sic.vide quod dixi in auth.quod sine.& s̄.eo.

§.Si quis autem. Caus.testm̄ solēne non tollit per sequēs minus solēne, nisi in scđo
sint instituti veniētes ab intestato presentibus quinque testibus
& nō paucioribus.h.d. Super tex.ibi, quasi voluntatē intestati.
c No.mirabile,ꝙ causa intestati ᶜ ꝑualet causæ testati.& est specia-
le,qa causa testati est sublata rōne mutatæ volūtatis,& fauore ve
4 niētis ab ītestato.†Ex hoc collige,ꝙ ex isto scđo testō,qa minus
solēni,nō adit hr̄ditas,sed adit ab ītestato, & nihilominus legata
velut ab intestato relicta debeant, vt l.ij.ff.de fi.li.facit qđ not.ff.
de hære.insti.l.qui filio.§.seruus.ſm Bal.Item ibi,qñque testm̄ &
hoc qa venientes ab intestato nō sunt de liberis,alias sufficerent
duo,vt s̄.e.l.§.ex imperfecto, & no.j̄.de codi.l.fi. Op.ꝙ ꝑ scđm
minus solēne tollatur primū, vt Insti. qui.mo.test.infir.§.exe.&
ff.de adi.le.l.ex parte. Sol.vt in gl.qa illud regulare, hoc specale,
qñ in scđo sunt instituti veniētes ab ītestato, & nō in primo.Itē
fallit ī l.ij.de inius.te.ibi est idē casus,q hic in vltimo rn̄.Sed in ij.
respon.fallit,qñ scđa est valida iure militari.fallit ēt in tertio ca-
su.s.in l.eius militis.§.fi.ff.de test.mil.Itē fallit iiij.j̄.e.l.sancimus.
Op.ij.de l.hr̄ditas.j̄.de his qui. vt indig. So.vt in gl.Op.ad idem
de l.cum quidā.ff.de his qui.vt indig.Sol.vt in gl. Op.4.de l.pe.
§.fi.ff.de ꝯdi.insti.sol.vt in gl. Oppo.v.de l. Claudius.de acquir.
5 hære. Sol. vt in glo. †Quero cū gl.an tabellio possit recipere iu-
d ramēta & depositiones istorū testiū, ᵈ & de eis cōficere instr̄m?
c Respōdet gl.ꝙ nō,quia iudici est ᶜ facieda ꝑbatio,nō tabellioni.
vt l.quinquagnita.ff.de ꝑba.facit quod no.in auth. sed iudex.s̄.
de epis.& cle. Vltimo iste tex.facit pro opi. Bal.in quæstione de
pupillari substitu.facta in codicillis filio impuberi,quod ipse po
nit hic,de qua dixi in auth.quæ sine.in fi.s̄.eo.vbi vide.

ADDITIONES.

c ¶Causa intestat.adde Soc.consi.lxxiii.inci.visa asserta vltima voluntate in prin. cum uer.seq.usque ad fi.in j.parte char.cxl.& consi.clxiii.& diligenter considerata.cir.prin.ij col.in d.parte char.ccxvii.
d ¶Testium an tabellio possit recipere iuramenta testium. tu dic quod non absque speciali commissione de quo per Bal.in l.iudices suprade fide instru.Bal. in c.si testamentum.supra de testa.vbi alle.hanc glo.pro sing.
e ¶Quia iudici est.limita ut per Alex.hic.

§.Illud. Tam Grece,quam latine pōt quis testari. h.d.intel
lige tamē sic,quod testes intelligant per se,vel ꝑ in
terpretem,vt j̄.de sen.l.iudices.ff.de verbo.oblig.l.j.in fi.

LEX XXII.

1 *Dictatoribus & testibus testamenti an possit in eo aliquid legari, & an petere possint si negatur.& nu.2.*
3 *Correus potest correum in testem producere contra correum.*

a 1 Dictantibus. a †Dictatoribus & testibus testamentī potest in eo relinqui.h.d.Oppo.ꝙ imo
eis relinquere nō possit,vt l.ij.j̄.de his q sibi ascribi. Sol.vt in gl.
qđ hic dictāti permittit,ibi scribēti prohibet.Op.ꝙ non possit re
linquere testibus,quia tūc reperirētur testes in causa propria,qđ
est ꝑhibitū.vt de testi.l.omnibus. Sol.vt ibi,s.ꝙ in causa sui lega
ti nō possunt esse testes,sed in causa testamenti,& sic hæredis , vt
2 hic.†Et ex hoc sequit,ꝙ legatū suū,si negat,petere nō potuerūt,
nisi testes vltra numerū requisitū adhibiti fuissent testō, qa tūc
quilibet eorū pro suo legato poterit vti aliorū,nō ꝑprio testimo
nio.Et ideo cautela est,vt semper vltra numerū requisitū alij ad-
hibeātur.Alij vt Nic.de Ma.dixit,ꝙ l.omnibus habet locū in te-
stibus iudiciarijs,nō in instrumētarijs, de quibus loquitur l.ista.
q.d.ꝙ si sint testes in testamēto a tabellione scripto, vel in testa-
mēto in scriptis celebrato, ita ꝙ attestent de suis subscriptioni-
bus & sigillis,tūc lex ista ꝑcedit,qa fides eorū iā approbata fuit,
& testamēto principaliter attestātur, quo approbato sufficit vt
ex testō approbato legata petāt. secꝰ si testm̄ esset sine scriptura,
ita,ꝙ ad depositionem testiū esset necesse deueniri,quia tunc ha
bet locū.s̄.d.l.omnibus.Alij vt Io.And.extra de testib. c.insuper.
dicit,ꝙ si legatarius sperat in omnē euentū habere legati cōmo
dū,quia ēt a venientibus ab intestato, sufficiēs sit eius testimo-
niū,alias si ex testamēto tantum, tūc de fide eius in causis testa-
mēti minuat.mihi vr̄,ꝙ quantū ad vires testamēti & aliorū lega-
tariorum, ad testimoniū qlibet eorum debeat admitti, alias hoc
l.& similes interpretarent ꝑniciose,vbi voluerunt fauere ꝯrio ꝯ
l.quod fauore.s̄.de legi. & hoc siue testamentum sit in scriptis a
tabellione,vel nō.Sed quantū ad ꝑpriū legatū petendū,vel non
fateor ꝙ ꝑpria testificatio in iudicio nō sufficiat,sed an sine eius
propria testificatione peti possit? dico ꝙ si ex testō a tabellione
scripto,petat,vel ex testō in scriptis publicato petere velit,dico ꝙ
pōt,qa fides illius scripturę est iā approbata per scriptū hr̄dē , vt
dixit Ni.Ma.Sed vbi ex testō nuncupatiuo in scripturā nō reda-
cto petere velit,tūc dico ꝙ septē testes erunt necessarij, & vbi ex
codicillis,quinq;.nec ipse inter ipsos est numerādus,vt in princ.
dixi.Et ideo,si in testō nō fuissent nisi septē tabellione in nume-
ro ipsorū cōputato,tūc probare nō posset,nisi diceret ꝙ clausula
codicillaris fuisset ꝑ testatorē adiecta,qa tūc ex illis septē suffice
rēt quinque.Er modo sup his habes theoricā, & forte ēt sine cla
codicillari pt, cū hæres ex tali testō nō possit habere hæreditatē
nisi eo publicato,vt l.publicati.s̄.de test.& ī scripturā ꝑ tab. acto
rū redacto.vt no.in l.fin.de edi.diui Adri.tol. nō pōt hæres veni-
re contra id quod semel approbauit,& cōtra scripturā solēniza
tā quā ipse fieri fecit.Pōt ēt addi alia ratio, quæ erat bona in co-
dicillo in quo nō esset facta scriptura, ꝙ ita haberēt necesse face
b re,quia id qđ minuit ᵇ de fide vnius,supplet ꝑ alios, arg.l.si quis
ex argentarijs.in prin.ff.de eden. Et forte ꝙ fauor testantiū hic a
liquid operat,vt liberius testes cōuocati veniāt,vel sperantes de
legato se nō retrahāt a testimonio ꝑpter qđ vltima voluntas nō
3 habebit effectum.† Vlterius hæc l.& l. si quis ita. ff.de re.du.ſm
Dy. ꝑbāt ꝙ alter duorū correorū, qui vere pro tertio intercesse
runt,conuentus,potest alium producere in testem ad probādū,
qūo pro tertio ad quem commodum peruenit, fideiussit,vt sic
ille primo conueniatur,vt l.cum quæritur.ff.commo.& auth.sed
nouo iure.j̄.de fideius.quia nō principaliter ꝑpter se testificatur
ſm Cy.Quod fatet Bald.verum,si color fuit quæsitus,sed vbi cre
ditor non voluit eū recipere nisi vt principalē, tunc dicit ipse ꝙ
dictū Dyn.locū non habet,quia tunc non habet beneficium ex-
cussionis,cum verus sit correus debendi.vt s̄.si cer. peta. l.si non
singuli.& l.si in rē.& ff.ad velle.l.vir vxori.§.fi.& hoc placet.Sali.

ADDITIONES.

a ¶Dictantibus.adde an statutum loquens de scribente, cōprehendat dictantem iste tex.uidetur facere quod non.In contrarium est glo.in Auth.de non alie.§. quia non uerisimile,dū modo fuerit sciens.contrariū itē Bal. in l.iubemus.§. sane supra de fac. san.eccl.& in cōtrarium uide in c. nouit.& ibi mode. extra de appellatione.
b ¶Id quod minuitur.adde Soc.consi.ccxxxv.inci, uisa contingentia. uers.& secundum istam opin.in ii.parte.char.cxv.ubi hoc idem alle.& firmat.

LEX XXXIII.

1 *Insinuatio testamenti coram quo iudice debet fieri.& nu.seq.*
3 *Episcopus an possit executionem testamenti vsurarij impedire.*
4 *Testamentrim intra sex menses insinuandum, quomodo intelligatur.*

Consulta. Casus. † Insinuatio testamenti debet fieri corā iudicibus hic scriptis,& facta corā iudice ī
competenti ecclesiastico vel seculari ipso iure non valet, & vlti-
mę voluntati non præiudicat, quin de nouo possit insinuari.h.
d.No.ꝙ clerici nō debēt se intromittere de spectātibus ad officiū
laicorū.vel generalius, qs nō habet se intromittere de spectātib.
2 ad aliū.Quæro primo, statuto cauet ut testm̄ nō valeat,nec ex eo
legata, nisi fuerit insinuatū corā potestate, & idē in codicillis est
statutū, legatarij petūt insinuari testm̄ in quo eis sunt legata reli
cta vel codicilli,& citatus est hæres scriptus ab intestato successu
rus, q est clericus,& eo nō cōparēte ꝑnūciat Potestas testm̄ vel
codicillū legitime insinuatū, modo dubitat an dicta insinuatio
valeat, & vr̄ ꝙ nō,qa clericus directe vel indirecte non pōt trahi
ad iudiciū seculare,vt extra de fo.cōpe. c.si diligenti. & s̄.de epis.
& cle. auth. statuimus.Et sic citatio non teneat nec ꝑcessus inde
secutus,ut Instit.de pę. tem.litig. In contrariū facit, qa ex hoc se-
queret ꝙ legata euanescerent eo nō cōparēte. Bal. dixit ꝙ ualet,
quia ex quo nullus alius est cōpetēs iudex nisi laicus, corā eo de
bet cōparere,si fiat citatio ꝑ edictū, quia tunc oēs restringuntur,
vt extra qui matri.accu.pos.c.cum in tua. extra de elec. c.fin.li.vj.
Itē qa talis citatio est conditionalis,s.si uult opponere,vnde si se
nō opponit,nō vr̄ aduersari,sed assentire, vñ extra citationē non
videtur arctari.ar.eius qđ no.s̄.si man.ita fue.ali.l. ea quidē. Item
3 qa potius ad voluntatē exquirendam, q̄ ad causam . † Quæro an
episcopus possit mandare iudici seculari sub pœna excōmunica
tionis,ꝙ nō exequat testm̄ usurarij? & ur̄ ꝙ sic, qa talis executio
cum sit contra ius canonicū,inducit pactū, ergo obedienda, alias
inducit contēptū clauiū.In contrariū,qa iudex secularis tenet ad
obseruantiā statutorū.dicit,ꝙ si talis est vsurarius, cui est interdi-
ctū testari ꝑ ius canonicū,pōt episcopus hoc mandare,qa nō pōt
ius municipale ꝯrium statuere, cum in hoc maior potestas sit iu
ris canonici,vt no.in auth.ad hæc,s̄.de vsu. nec testm̄ pōt dici te-
stamētū,qa nō valet.Si aūt nō esset talis, cui eēt interdictū testm̄
ꝑ ius canonicū, seu tantū ꝑ cōstitutiones synodales episcopi, di-
cit ꝙ nō possit excōicare laicos nō seruātes, & isto casu nō essent
violatores canonū, nam cōstitutio episcopi nō habet ꝑ canone,
4 nisi quatenus episcopus vtitur iurisdictione in suos. † Quæro,
statuto cauetur,ꝙ testm̄ nō insinuatū intra sex mēses, sit iure ip-
so nullū,contingit ꝙ fideicōmissarius vniuersalis, vel singularis,
seu legatarii fecerunt illud insinuari absq; hr̄dis voluntate, Qui
dā dixerunt, ꝙ si fideicōmissarius vniuersalis id fecit, ꝙ tunc suf
ficiat, & hæres uniuersalis coget adire & fideicommissum resti-
tuere,sed legata, & fideicommissa singularia dicūt non ualere,vt
ff.ad tre.l.facta.§.si quis bonorū.& l.si nemo.de re iudi. Bald. ve-
rò dicit vniuersale fideicommissum indistinctè valere,sed singu-
laria inquit valere indubitanter,si sint ab intestato repetita. Vbi
autē nō sint repetita,licèt dubitari possit, dicit, ipse ꝙ venientes
ab intestato tenent, qa ab intestato succedunt ꝑꝑ morā cohr̄dis,
ergo cum sua causa suisq; vitiis,vt infra de fideicōmis.auth. Hoc
amplius.subiūgit, ꝙ in relictis ad pias causas hoc indubitāter ꝑ-
cedit,vt extra de testi.capit.nos quidem. & argu. ff.de petit.hære.
l.hæreditas.in fin.& ff.de an.leg.l.quintus. §. Pomponius.Salyc.

LEX XIIII.

1 *Ambiguitas verborum & ordinis peruersio an vitient testamētū. & nu.2.*
3 *Testamentum an vitietur,si numerus testium solennis non interuenit.*
4 *Bannum an vitietur si a tabellione non excompletur.*

1 Ambiguitates. † Verborum ambiguitas vel ordinis peruersio procedēs ab imperitia scri-
bētis,non vitiat testm̄.h.d.Ex ista litera vr̄,ꝙ olim prius scriberet
instō hæredis q̄ legata. hodie ꝯriū cōmune est in usu, sed non est
vis ut hic. Itē no.ꝙ omissio tabellionis nō vitiat.Op.Insti.de leg.
2 §.ante hæredis.Sol.ut in glo. † Opp.ꝙ ordinis puersio vitiet.ff.de
vul.subs.l.moribus.§.prius. sol.gl.ꝙ hic de ꝑposteratiōe hr̄dis vel
legatorum, ibi institutionis & substitutionis. qđ intellige sane,
ubi institutio fuit ex interuallo post distantiam,vt d.§.prius.nō si
statim,& vno cōtextu,qa tūc ualet,ut in ea.l.§.sed & siquis.& ita
cōiter tenent doct.licèt gloss. alias solutiones ponat in d.§.prius.
3 † Quæro,qđ si tabellionis imperitia solēnis numerus testium nō
a interuenit? dicit gl. ꝙ tunc vitiat. ᵃ Sed contrariū ur̄ notari in l.
si librarius.in fin. gl.ff.de reg.iur. vbi gl.tenet, ꝙ omissio non vi-
tiet.Sed distingue,qa aut quærit de omissione accidētaliū, & il-
la nō vitiat,ut supra eo.l.errore.& ita pōt intelligi glo. in d.l.si li-
brarius. Aut quærit de omissione solenniū & substantialium , &
tunc aut fuerūt omissa,quia nō dicta,uel nō adhibita,& tunc ui
tiat.ut in hac gl.& ff.de hære.institu.l.j.§.finautē.Aut fuerunt di-
cta uel adhibita, sed a scribēte omissa, & tunc errore non ꝑbato
uitiat,qa paria sunt non esse,uel nō apparere,ut l.in lege.ff.de cō-
trahen.empt. Errore autē probato nō uitiat. & ita ēt pōt intelli-
gi in d.l.si librarius,& hæc ſm Iac.Butr.Sed hoc ultimū procedit,
qñ scriptura non est de rei essentia,aliàs uitiat, cùm ex scriptura
4 intentio nō appareat, ut dixi ꝑ Dy. in d.l.errore. † Vlterius Mar.
de sil.quærit,statuto cauet,ꝙ si aliquis bāniatur,bannum eius de
beat exēplari in libro cōis ꝑ tabellionē deputatū. modo accidit,
ꝙ per errorem tabellionis est omissum,quominus bannū exem-
b pletur.ᵇ & dubitatū fuit an bannū uitiet.& dicit Dyn. ꝙ Mar.ip
se dicit,quòd sic,& ita communiter docto. tenuere, & ita transit
Bald. & uide quæ dixi.s̄. de preci. imp.offe.l.uniuersa rescripta.
In glo.fina.dic hoc referas ad tabel.& ita uoluit glos.ut patet per
l.in glos. alleg. Non autem ad alterum scribentem, cùm seruus
esse possit, ut ff.eodem.l.seruus.Bar.

ADDITIONES.

a ¶Quòd tunc uitiat.Adde Pau.de Cast.consi.ij.
b ¶Quominus bannum exempletur.adde ꝙ si errore notarii bannum non est exēplatum secundum formam statuti, bannum est nullum, & hanc partem tenet hic Bald.nu.iij.versi.iij.casu.& Angel. in l. j. §.j.& ibi Ioan. de Imol. ff. de hære. institu.

LEX XXV.

2 *Præposteratio verborum an vitiet testamentum.& nu.2.*

c 1 Præposteri. ᶜ Verba trāsposita non uitiāt ꝯtractū,nec ultimā uoluntatem.h.d. † Not.generaliter ut
in gl.ꝙ præposteratio nō nocet. Cōtra qđ op. gl.de multis legi-
bus.Sol.ꝙ hic est præposteratio uerborum , ibi uero iuris, quasi
dicat,ꝙ ibi præposteratio iuris, id est ordinis necessarij, secus si ñ
necessarij.ut s̄.l.proxi.Hic uerborū ꝑlatorū a testatore, in cuius
potestate est illa ordinate ꝑferre,ideo de eius inepto ordine in ꝑ-
ferēdo nō curat, qa de eius mēte inopinata in exequendo ꝯstat.
ubi autē ordo in ꝑferēdo datus esset a iure, tūc eius præpostera-
tio uitiat.ut ff.de uerb. obli.l. j. Vel latius ſm Oldra.aut ordo o-
missus uitiat rem de qua agit, aut ex ordine prolato ius resultat.
Primo casu, aut est ordo necesitatis, aut est simplex instō ordi-
nariæ uoluntatis,aut dubitatur.Primo casu ordo omissus uitiat,
d ut l.allegata in gl.& s̄.de hære.ac.l.ut debitū.Secundo casu nō ui
tiat,ut hic,& in l.præcedenti.ff.de pecu.le.l. quidam. & Instit. de
le.§.ante hæredis.& ff. de admi.tuto.l. quoties. Tertio casu præ-
sumitur potius instructio uoluntatis, q̄ ordo necessitatis,ut hic.
& in l.post.Secundo casu principali, aut est certum de mente, &
ius non resultat,ut ff.de leg.ij.l. cū pater. §. fidei tuæ. & de solu.l.
nec enim.Aut est dubiū,& ei tunc ius resultat,ut eo.l.cum pater.
2 §.fina.Aliter distinguit Bart. in d. §. prius . † Sed dubitari potest
quando uitiat,an uitiet ipso iure, uel ope exceptionis? & dicit ip
so iure in actibus extraiudicialibus,ut d.§.prius. d. l.ut debitum.
in iudicialibus uero dicit, ꝙ si contra ius constitutionis, non ua-
let gestū ipso iure,ut d.l.prolatam. Si contra ius partis, tunc ope
exceptionis,vt j̄.de app.l.vj.Vel dic, aut est omissio ordinis in ea-
dem causa & instantia,& habet locum l.prolatam.aut unius cau
sæ ad aliam,& habet locum d.l.j.Bartho.de Salic.

ADDITIONES.

c ¶Præposteri.ad materiam huius l.vide l.qui duobus.& ibi doc. Ioan. de Pra.de condit.& de.l.quidam.& ibi Bar.ff.de pec.le.& Bal.hic & l.si te.& ibi Bart.ff.de hæ.insti.& l.cum in testamento.§.hęc verba.eod.tit. & vide Bald. in c.j.vtrum inuestit.pręce.debe.an fide.uer. sed quid vbi pręposteratio ordinis uitiet instrumentum.qui distinguit,aut ordo est de substantia, aut est de simplici con sensu,primo casu uitiat,secundo non.
d ¶Ordo omissus uitiat.Ex quo infero, ꝙ nō refert,an testes sint descripti in pri. an in fi.vide Ludo.Roma consi.cccxxxvi.vbi ponit, ꝙ non refert, vbi ponatur data in literis Papæ,dummodo ponatur.

LEX XVI.

In testamentis. Testatoris prædicatio testibus facienda per hanc l.tollitur. h.d. Not.ꝙ
solennitas uerborum non habens in substantiam non attendi-
tur ut superuacua & captiosa.Salic.

LEX VII.

1 *Testamentum perfectum an tollatur lapsu tēporis, & an ipso iure.& nu.2.*
3 *Testator qualiter coram septem testibus testamentum reuocare possit.*
4 *Testamentum primum quando tollatur per secundum & numeris sequen.*
8 *Testator,qui iurauit non mutare testamētum, an possit aliud validū facere*
9 *Modus retractandi vel firmandi testamentum.*

1 Sancimus. †Testamentum perfectum solo cursu temporis non tollit. Sed per sequentes, perfectā
e uoluntatē,uel imperfectā decēnio iā transcurso.ᵉ h.d.Super tex.
ibi qđ enim non mutat &c.signa tex.quia toto anno allegat.Ibi,
quemadmodū,dic interroagtiue legitur.Ibi,efficitur, quasi dicat
ꝙ non.Ibi, uel interacta manifestauerit.Not.quòd factum apud
acta,& factum coram tribus testibus,æquiparantur.Ad quod fa-
cit.s̄. de satisda. l. j. ubi fuerit emersum. dic quòd tempore primi
testamenti. Ibi, quam ex cursu temporali. Not. quæ non ꝑsunt
singula,iuuant multa. Not. quòd solus cursus temporis non in-
ducit irritationē,uel mutationem ultimę uoluntatis. Oppo.ꝯtra
tex.ibi, ꝙ non mutatur &c.de l.alumnæ.§.qui filias.ff.de adi.leg.
glo. j. so. dic ꝙ illa potius concordat, quia primo diuisio non
reformatur, nisi pro his rebus quę in secundam diuisionem de
uenerunt.Et in his apparet contraria defuncti uoluntas.Oppon.
ꝙ per ſm ipso iure nō tollatur primum, sed ope except.tantum.
ut

ADDITIO.

e ¶Decennio iam transcurso.Adde Pau.de Cast.consi.cccxvi.per Alexan consi. xxx.iij.uol.& Bal.consi.ccvi.2.uol.& adde Pau.de Cast.hic qui notan.dicit,ꝙ si aliquis hodie ditissimus mortuus est, nullo condito testō, sed reperitur ꝙ iā xl.ann.quo tempore erat pauper, fecit testamentum, quo instituit Titium, per cursum huius tēporis,& maioris non possunt uenientes ab intestato excludere hunc institutum, dicendo ꝙ eo tempore erat pauper , & ꝙ non est præsumendum ꝙ ei reliquisset tam opulentam hæreditatem.

vt ff.de bo.pos.l.pe.§.testō. Glo. uarijs modis soluit. Primo, ꝙ hic loquitur, qn̄ secunda voluntas est perfectissima, & sic solennis & ualida. ibi erat minus solēnis. Et qa ī secunda dixerat, ꝙ primi suum iudiciū non meruerant, iō ope excep. repellūtur. vt ī. de his qui. vt indi. l. hæreditas. Ista diuinat in contrario, quia ibi nō apparet, ꝙ illa uerba dixerit, ipsam tamen no. ad id quod ī. dicam. Secundò, ꝙ hic ipso iure scilicet exceptionis, hæc uiolat istā literam Tertiò, qa illud, qđ ibi de appellatione dicit̄, refert̄ ad primū casum, quē de arrogato posuerat, sed hoc est violare illam literam. Præterea gl. nō bn̄ dicit, dū dicit ꝙ in casu illo de arrogato testm̄ nō iure conualescit, adeo ꝙ ex eo agi potest, vt Insti. qui. mo. test. infir. §. non tantū. Quartò, quòd ibi per s'm testm̄ sublatū est primum. & in hoc concor. cum ista. sed postea incidit secundum, vt reconualescat primum, & vt secundum repellatur. & hanc approbat gloss. & communiter docto. Quintò sol. glo. ꝙ ibi secundū testamentum non durauit. & licet ista aliqualiter diuinet, tamē vt in se vera videtur iungenda cum præcedenti, vt dicamus sic. Aut testator incidit s'm testamentum incōtinenti cùm fuit lectū in præsentia eorumdem testiū, & tunc, quia testamentū scd̄m nō videt̄ habitum pro consummato, tunc non tollitur primū, vt hic in vltima solutione. Aut cū incidit ex post facto, & tunc cū primū fuerit sublatum per persistentiam quā facit in scd̄o. non resurgit per incisionē secundi. arg. ff. de solu. l. qui res. §. aream. Sed ipsum scd̄m tollitur per exceptionē s'm cōmunem opi. ut no. ī. eo. l. nostram. in princ. Sed nō propterea poterit institutus in secundo, agere contra institutū in primo, si possideat primus hæreditatem: quia contra eum excipiet de contraria defuncti voluntate quam probat per incisionem, & de hoc disputabitur. Nec poterit replicare actor, tu etiam habes ɔtrariā voluntatē: quia ille dicet quid ad te, cùm de uiribus testamenti mei non sit quærendum, sed exceptionis quam tibi obijcio. Sed hic attende, quia disputari potest, quid si instituti in secundo tunc erant successuri ab intestato? circa quod dicam. ī. eo. l. nostram. Item dubitari potest, quid econtra, si instituti in secundo possiderent, an instituti in primo contra eos agere possent? & videtur ꝙ sic: quia testamentū suum producent, & secundi de suo velut inciso opponere nō poterunt. Sed dico, ꝙ opponent de reuocatione primi, quam probabunt per confectionem secundi, licèt incisi: quia incisio licèt inualidet, nō tamen tollit quin factum fuerit, imò probat factum fuisse. Nec poterant primi replicare, quòd quo ad secundos liberam actionem habeant. argu. ff. si ser. vendi. l. loci corpus. §. competit. quia exceptio allegata contra eos eneruat in totum intentionē eorum, ergo &c. ut s̄. de ser. fug. l. serui quispiam.

3 † Quæro iuxta hoc. pone, testator fecit testamentum solenne & ualidum, & postea conuocatis septē testibus inquit. Sitis seu estote testes ꝙ ego reuoco illud testamētū? an per ista uerba primū
a testamentum sic sublatum? Bar. format istā quæstionem [a] in l. si iure. ff. de lega. iij. Et inquit, ꝙ si adiecerit ꝙ ideo reuocat, quia uult decedere intestatus, tūc testamētum erit sublatū, quia vr̄ instituere uenientes ab intestato, & per aditionem uenientium ab intestato ademptio testamenti confirmabitur. ut l. si quis ita. ff. de hære. instit. Si autem hoc non adiecerit, sed simpliciter testamentum reuocauerit, ut in themate supponitur, sublatū nō erit nisi cursu x. an. ut hic. Et est ratio, qa non est uoluntas, ex qua possit adiri hæreditas, & sic primū non tollitur. argu. eo. quæ no. in l. cùm in secundo. ff. de iniust. rup. & irri. testa. Bald. hic uidet̄ sentire oppositū. nam ei uidetur, quod sicut testator potest conferre hæreditatem coram septem testibus in testamento nuncupatiuo, ita coram septem testibus debet posse auferre. Item, qa adimendo semper ur̄ decedere uelle ab intestō, unde perinde est, acsi illa uerba adiecisset. nam talia uerba fauore uenientium ab intestato intelliguntur adiecta. arg. s̄. eo. l. hac consultissima. §. pe. Quia attende, ꝙ sol. prima data per istam glo. ad præcedens ɔrium, uidet̄ aliter istā q̄stionē terminare, uidelicet ut nō ipso iu-
4 re, sed ope exceptionis tollatur, cogitandum relinquo. † Quæro, pono primū testm̄ validū, scd̄m inualidū, ex causa preteritionis, an tolletur primum? & dubium ponitur ex eo, quod legata hodie debent̄ ex scd̄o. ut in auth. ex causa ī. de lib. præte. dicit Bar. ī d. l. si iure. ff. de leg. iii. ꝙ primum testm̄ remanet ualidum quo ad institutionē hæredis, cum ex scd̄o non possit adiri hæreditas de iure ciuili. Et sic primum non tollitur, ut ff. de uul. & pup. l. si qs eum. §. i. & de iniust. test. l. cū ī scd̄o. & ff. de libe. & posth. l. si filius qui. Sed nō quo ad legata, qa quo ad eū primū tollit̄, cùm scd̄m quo ad legata remaneat tanq̄ non rescissum, & inducit quasi pro casu ff. de hære. instit. l. fi. Sed qa hæc non sunt sic expedita, uidelicet, an ex secūdo nō possit adiri hæreditas de iure ciuili, iō uide quæ post hæc plene scripsi. ī. de libe. & posthu. l. ij. in ij. q. & ma-
5 xime ad fi. † Quæro iij. si per scd̄m testm̄ non potest adiri hæreditas de iure ciuili, sed potest peti bono. posses. de iure prætorio, an per scd̄m tollatur primū. glo. ij. in l. cùm in secundo. ff. de iniust. tes. dicit, ꝙ primum nō tollit̄ per l. si filius, de lib. & posth. & idē Dy. quia primū subsistit de iure ciuili, & de iure prætorio, & sic vtroque iure, s'm de iure prætorio tantum, & duo iura sunt uno fortiora. ut authen. itaque. ī. cōmunia de suc. & ita se habet cōmunis opi. Sed in oppositum facit quod ibidem not. in glos. si. per Io. quia si scd̄m valet de iure prætorio, hoc non euenit nisi in derogationē iuris ciuilis ipsum inualidātis. Et hoc potest prætor facere, vt supponit̄ in themate: ergo debet primo derogare. Scd̄o, quia si per bon. pos. cōtra tab. hæredi scripto ɔ voluntatē defuncti aufert hæreditas, quanto magis per eūdē q pōt petere s'm tab. s'm voluntatē defuncti? & sic s'm testm̄ validū de iure prætorio debet tollere primum. Et si nō ipso iure, vt in contrariis. Instit. de bono. poss. §. quos autem. tn̄ ope exceptionis. Nec arg. de duobus vinculis habet obstare, qa prætor recedit à robore primi, cū validat scd̄m, & potens est ꝑ se derogare iuri ciuili, licet nō ipso iure tollere. oportet ergo nos dicere, ꝙ opi. illa cōis nō sit simpliciter vera. Vel dicere pro solutione prædictorum, prætor non conualidat scd̄m testm̄, quādo illud præcedit de iure ciuili validum, & si conualidat, tollitur primū ope exce-
6 ptionis, alias cogita de solutione obiectorum. † Quæro iiij. si primum habet clausulam derogatoriam ad s'm, an tunc s'm tollat primū? Dyn. in c. qđ semel placuit. late disputauit hāc q̄ōnē, & finaliter concludit, ꝙ per s'm simpliciter factum non tollatur primum. sed ita demum si per s'm reuocetur specialiter primum vltimi derogatorij, per l. si quis in princi. testamenti. de leg. iii. per l. si mihi & tibi. §. in legiti. de leg. j. Iaco. vero de Are. tenuit, ꝙ indistinctè reuocetur ex eo, primo, quia testamenti factio est publici iuris. vt ff. cod. l. iiij. ergo quis sibiipsi tollere non potest. vt s̄. eod. l. testandi. & ff. de pact. l. ius publicum. Item quia per contrarium quis non potest sibi auferre liberum testandi arbitrium vt s̄. quod dotali. sed in casu nostro sibi aufert, si per illa verba se intestabilem redderet. Et ad l. mihi & tibi. §. in legatis, & ad l. si quis in princip. Respondet, quod illę in legatis, loquuntur, & à potestate testatoris dependent: sed testamenti factio secus. hoc idem secutus fuit Iaco. de Belu. in Authen. de test. imper. in quæstione quam ibi disputat. & adducit pro casu ff. de iure dot. l. diui. §. licet. & ad ij. l. fina. in prin. & ad l. si quis in princ. testamenti. respondet, ꝙ ibi in eadē scriptura, nos in diuersis. Rayn. tenet hic opin. Dyn. ex eo primò, quia prædicti vt Iacob. fatentur hoc in legatis, vt primo voluntas reuocari specialiter debeat, vt ipsi fatent̄, & probant ll. per Dy. allegat. ergo & idem in institutione hæredis, cùm ambo pariter ab eodem iure procedant. vt ff. ad l. fal. l. j. in princi. & ff. de lega. j. l. ij. cum ibi not. Secundo, quia testamentum non valet, cui defunctus non cōsentit. vt s̄. e. l. omni. sed scd̄o nō cōsentit realr̄ ꝑpter primū, qđ est ei derogatorium. arg. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & l. at si quis. §. plerique. ff. de reli. Illa. n. derogatio facit, vt non videatur postea uerbo dixisse, qđ in mente non videatur agitasse, vt l. Labeo. de sup. le. Tertio, quia lex hoc pōt facere, vt s̄. cod. authen. hoc inter liberos. & in cor. vnde sumitur. ergo testōris voluntas, quæ pro lege seruatur, vt in Auth. de nup. §. disponat. & quæ idem pōt quod lex. vt ī. com. de lega. l. j. Et ex prædictis patet, ꝙ arg. Iac. de Are. non procedunt, quia non est uerum, ꝙ se intestabilem simpliciter reddat, uel faciat. Potest & secundo testari, si primum expressim
b reuocet, [b] quod si non facit non dicitur velle testari. Et pro hoc quarto, non cauillando tex. casus est in d. l. si quis in principio testamenti. vt ī. declarabo. Nec responsio Iacob. de Bel. est bona, quia ibi nedum in eadem scriptura, sed etiā in diuersis loquitur, ut lege ibi in litera dum dicit, uel codicillis. Præterea eadem ratio est in diuersis, quæ in una, videlicet voluntas præambula sequēti derogatoria. Ad l. allegatam per Iacob. de Bel. tunc & primo ad l. diui. §. licet. dic ꝙ ibi in secunda expressim pœnituit de prima voluntate. ut ibi no. Glo. Ad l. fina. de lega. ij. responde, ꝙ ibi uel expressim pœnituit de prima uoluntate, ut ibi not. glo. uel quòd ibi alius est sensus uerborum, ut ibi notatur. Sed responsio ad d. l. diui. §. licet. non uidetur bona, quia uiolat illum text. & diuinat. ideo Oldr. Dynum secutus, alio modo respondebat, videlicet quòd in §. licet. uerba erant derogatoria solennitatis, non uoluntatis & dilationis, quasi dicat in §. licet. prius confirmauit codicillos. Secundo prohibuit ualere eos, nisi sua manu signati uel subscripti forent. Vnde, cùm de iure tenerēt sine tali signatione vel subscriptione, derogatio est adiecta qualitati huius signationis. ideo de facili per sequentem actum inducitur reuocatio primi. Tum quia talis solennitas non est publici iuris, tum quia res de facili redit ad naturam suam. ut ff. de pac. l. si unus. §. quod in spē. post hæc superuenit Bartol. & in quæstione distinxit. aut testator dixit, nolo me nō posse pœnitere, uel aliud testamentū facere, & tunc fatet̄ ueram opi. Iac. per rōnē per eū allegatā, quia intestabilem ur̄ se reddere, qđ facere non pōt, & hoc est de mēte glo. in d. §. in legatis. licet adiiciat, ꝙ de qualitate prioris uoluntatis debet facere mentionem. Et in hoc an bene, statim subiiciā. aut dicit, si quod aliud fecero, non uolo ualere. Et tunc dicit

ADDITIONES.

a ¶Bar. format istam quæstionē. vide de hac ipsa quæstione eundem Bart. in l. ij. ff. de lib. & posth. ubi plenius tangit q̄ in d. l. si iure. licet per istum non allegetur.

b ¶ Expressim reuocet. adde Soc. consi. clxiii. incip. non fuisset opus ulteriori discussione. uer. iii. pro hoc non, & uer. confirmatur præmissa, quia iuramentum. in ij. parte char. xxiii. ꝙ testamentum primum non dicitur reuocatum per quācunque uoluntatem, per quam non agitur specialis pœnitentia.

dicit, ꝙ est necesse, ut per secundum specialiter reuocetur primū. Ego puto, ꝙ etiam in primo casu debeat reuocare primum, ut sentit gl. in d. §. in legatis. per d. l. si quis in prin. testamenti. de le. 3. est ratio, quia priore casu non reddit se intestabilem si reuocaret, sicut nec in secundo. unde in utroq; modo est eadem ratio, qa in eodem casu non reddit se intestabilem si reuocet, sicut nec in secundo. quid igitur dicendum? breuiter sto cū Dy. per iura per eum, & Ray. allega. Et pro hoc etiam induco ff. de iure codi. l. cōficiuntur. §. fi. & ita se habet cōis opi. Sed mihi vr̄ aliter rn̄dendū ad d. §. licet. per quem Iaco. Bal. tenet ɔrium, videlicet, ꝙ ibi testator codicillos valere voluit in scripturam redactos, alios aūt sine scriptura coram solenni numero testium factos nō prohibuit. Et hoc probat exceptio, quam fecit, dum dicit, nisi sint a me signati uel subscripti, nam exceptio paruissima restringit prohibitionē gn̄alem procedentē ad speciem, cui conueniat qualitas rei in ea ɔtenta, Et sic s'm qualitatē rei exceptæ, ut ff. de vi. tri. & oleo lega. l. fi. §. cui dulcia, facit quod no. in ea. auth. & nō obseruato. sed excep. est ibi de scriptis, cum alia signatio, vel subscriptio conuenire non posset, ergo &c. vnde dici potest, ꝙ ibi codicillos sine scriptura fecit, &c. Supposito, ꝙ reuocō primi sit necessaria. † Quæ-
6 ro v. an sufficiat generaliter, & hoc uolo esse meum vltimum testamentum, non ob. aliquo testō per me facto &c. reuoco omne aliud per me factū, an vero sit necesse descendere ad speciem, & qualitatē primę, seu præcedentis voluntatis? Et vr̄, ꝙ sufficiat generaliter dici, quia quod operatur generale quo ad speciem, operatur generale quo ad genus. ff. de admi. tuto. l. si duo. & ī. de præscrip. xxx. ann. l. omnes. Item quia ex quo in primo testō dictū est generaliter, si quod fecero, valere nolo, sufficere debet generalis reuocatio, ar. ff. de ma. test. l. si peculium. & de vulg. & pupil. l. eum qui. & ar. l. prout quisq;. ff. de sol. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Item quia hoc est in ɔ̄ctu, vt sub generalitate verborum tollātur omnia præcedentia, vt s̄. de transac. l. transactione. & ff. eod. l. non est ferendum. & de verbo. obli. l. qui Romę. §. duo fratres. Ergo & in testamento, cum facilius debeat tolli quod pendet a uoluntate vnius, quàm duorum. ff. de reg. iuris. l. quoties. Item, quia una lex generalis tollitur per aliam generalem, vt ī. de qua. præscrip. l. 2. de præscr. xxx. ann. l. omnes. ergo & testamentum quod habet vim legis. vt in Auth. de nup. §. disponat. In oppositum est authoritas gl. ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. in legatis. pro qua videtur tex. in Authen. de testa. imper. col. viii. §. pen. ibi dum dicit, quandam talem voluntatem non tamen eam valere. Vbi voco illud verbum talem. sic. s̄. eo. auth. inter liberos. similiter vr̄ casus in sæpius allegata. l. si quis in princip. testamenti. in versicu. sed in hoc ita. Vbi pondero duo, primum illa verba, si specialiter dixerit &c. nam illud est speciale, quod a generalitate verborum est abstractum. ff. si quis cau. l. sed, & quis. §. quęsitum. & si quis in ius voca. nón ier. l. j. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. si quis virginum. Secundum, quod pondero, est illud. quæro, si copulatiue, & coniunctiue. sequitur ibi & voluisse vt legatarius plura legata accipiat. ibi, ex natura copulæ, & coniunctionis repetitur illud verbū dixerit. Et sic ibi vr̄ data forma a qua nō licet recedere, ꝙ duo dicat specialiter. s. ꝙ prioris voluntatis eum pęniteat, & ꝙ vult ut legatarius plura legata accipiat, & sic, vt dicat ɔrium eius, quod primo dixerat. hanc secundam partem sequitur Dy. in c. quod semel placuit, de reg. iur. lib. vj. Bar. idem sequitur. Sed super modo reuocandi distinguit, videlicet aut testm̄ primū habeat clausulā derogatoriam, & prohibitiuā, tn̄ puto & si quod aliud testm̄ fecero non volo valere, & tūc sufficiat si dicat, & hoc vltimum volo valere, nō obstat primo scripto manu talis, uel cuiuslibet. Ego vero dico, vt est necesse, aliqua, ꝙ ɔrietur clausulę derogatorię, vt s̄. dixi, & sic addat, nō obstante clausula derogatoria in ea posita. Aut testm̄ primum non tm̄ habuit clausulam prohibitiuam, sed & permissiuam, puta, quia dixit. Et si quod fecero, nolo valere, ni
a si ibi sit scripta tota salutatio virginis Marię. [a] vel ut fecit quidam, nisi sit ibi scripta tota Biblia, & tunc oportet, vt dicit Bar. ꝙ fiat mētio de illis verbis derogatoriis, quod satis placet. Sed declarādo dico, ꝙ sufficiat dicere. Non obst. ꝙ in hoc non sit scripta tota aue Maria vel Biblia. vt intelligo ex d. l. si quis in princi. testamen-
7 ti, & hæc vera, qn̄ recordat̄ de clausula, & eius verbis. † Sed quæro vj. quid si non recordaretur, dico ꝙ sufficiat si dicat. Non obstante clausula, & eius verbis. quæcunq; & qualia sunt illa, de quibus mentionem non facio, quia de eis non recordor. hoc probo per d. l. si quis in princip. testamenti. vbi pondero illud verbum, sciens, ibi positum, ex quo colligo, ꝙ illud onus sic specificādi imponitur scienti, & non immemori vel non recordanti. Et per istū modum potest dici, ꝙ soluat̄ ɔrium de l. diuus. §. licet. de iure codi. ut ibi in ignorante. in l. si quis in princi. testamenti, loquitur in sciente, præsumitur autem scire, quia factum est proprium, nisi sit ei in casu isto, si dicat se recordari. arg. s̄. ti. j. l. hac consultissima. §.
8 cum humana. & ista no. ut alibi non scripta. † Quæro vij. si testator iurauit non mutare hoc testamentum, an poterit aliud validū facere? Io. And. posuit xiij. q. ij. c. vltima voluntas, & Spec. in ti. de instru. edit. in §. compendiose. & Cyn. in l. j. s̄. de sacrosan. eccles. Etiam omnes tenent, quod possit ex eo ꝙ iurm̄ est præstitum ɔ bonos mores, vt l. pactum. & l. fi. s̄. de pac. igitur non obligatoriū, vt in c. non est obligatorium. lib. vj. hoc idem confirmat Io. And. pluribus rationibus in c. quod semel placuit. de regu. iur. in 6. Dicunt tamen aliqui, quod faciens erit periurus, vt extra, de sponsa duorum. c. j. non obst. c. cum contingat. extra de iureiur. & c. q̄uis. extra, de pac. lib. vj. Nam loquuntur in his, quæ non possunt fieri sine authoritate prætoris, quia auctor non debet esse periurus, igitur non cogitur auctori. Hoc de periurio fatetur Io. An. vbi s̄. nisi mutaret ex iusta causa, qa primo testatus esset inter eos, qui mortui sunt, vel in hęresim prolapsi, quia tunc a periurio excusatur. Quæro viij. an sacramentum habeat vim clausulæ derogatoriæ, & tenet Ioan. And. ꝙ sic, si iuramentum interueniat in testamento; non, si postea ex interuallo. Et sic primo casu de eo debit fieri mentio, non secundo. similiter dicit Bar. ꝙ habet vim repetitionis ab intestato, vt valeat omni modo quo potest, argu. l. cum
9 pater filius. ff. de leg. ij. † Quæro ix. de modo retractandi, & Dy. in d. c. quod semel placuit. dicit ꝙ modus est, ut trāseat ad naturam contractus, puta vt dicat, si cōtingat me mutare vel retractare, ex nunc ego dono tibi omnia bona mea, vel vendo pro certo precio, & confiteor me habuisse, arg. ff. de don. causa mor. l. vbi ita. & arg. eius, quod no. gl. ff. de testa. l. hæredes palam. §. fi. de assi. lib. l. j. §. assignare. Nec erit actus iste extraneus a testō, quia ad eius efficaciam tendit, & sic non obst. l. cum antiquitas. s̄. eo. Sed Bar. hoc improbat, & primo in dona. ex eo, quia contractus facti sub conditione impossibili turpi de iure non valent. vt ff. de verbo. obli. l. impossibilis, & l. generaliter. sed hæc donatio est facta sub cōditione, ut non renouet testamentum, & sic sub impossibili, & turpi de iure, aufert. n. liberum testandi arbitrium, ut l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obli. &c. & refert, ꝙ Dy. priusquam scripserit in c. quod semel placuit, ita consuluit. Et pro hoc induco l. hæreditas. s̄. de pac. conuen. Secundo improbat in venditione, tū quia illa confessio precij nō est sine fraudis suspicione, tum, quia metu, vel pęna, vel cupiditate lucri mutatur ad non mutandū, vel mutandum testamentum, quod est contra l. illę autem institutiones in fi. & quod ibi no. ff. de hære. insti. Vltimo quæro, si producantur duo testamenta eadem die facta, ꝙ eorum seruari debeat? dic ut dicam in l. fi. ī. de edic. di. Adr. vbi gl. ponit. Barth.

ADDITIO.

a ¶Salutatio uirginis Mariæ. Adde Bar. in l. si mihi. §. in legatis. nu. 12. & in apo. in in uer. non liceret, ff. de leg. j. ubi dicit, ꝙ sufficit clausula derogatoria generalis non obstante quocunq; test. nisi plura alia testamēta præcesserint, de quo per Bal. in l. 2. & ibi Imol. ff. de lib. & posth. Dy. in reg. quod semel. & in apos. in uer. salutatio uirginis no. colle. in c. auditis. num. 13. & in apo. infra uersi. si non faciat mentionem de præb. extra, de resti. in integ. Bar. consi. xxj. inci. ut dicit, & asseruit. & consi. clxvij. inci. quidam fecit testamentum. Fed. de Senis consil. 37. alias 51. inci. habita. super casu prædi. collat. Bal. consi. 178. incip. prenotus questionis. col. 4. Ang. consi. 313. inci. quidam domina Maria. Pau. de Cas. cons. 343. Panor. consi. 41. & 48. uol. ij. & Alex. consi. 7. inci. uidentur prima fronte. uol. 5. cui se subscribit Ant. de Prat. ueteri.

LEX XXVIII.

1 *Incontinenti fieri quando quid dicatur.*
2 *Testamentum non vitiatur per interpositionem actus momentanei.*

Cum antiquitas. Modicum interuallū, siue actus cōtrarius ex necessitate naturæ proueniens testatori, vel testibus, nō uitiat testamentum. h. d. supple tex. ibi, posita solita, neutri generis, & numeri pluralis est. ibi,
1 facere aliquid neutrale. † Dic ex isto tex. coniuncto cum prin. huius legis dixit Per. & docto. ꝙ illud dr̄ fieri incontinenti, quod factum est nullo actu extrinseco, & voluntario interueniente, ad quod facit de re. du. l. duos. Quod tene menti ad materiam, quando pacta dicantur incontinenti opposita, de quo plene scripsi in l. a bonæ fidei. s̄. de pact. & ibi, testium reuersum expectari. No. ꝙ vbi spectatur de breui absentia, dr̄ quis expectari, ꝙ facit ad id, qđ dr̄, quia in causis inchoatis tenet̄ absens mutare procuratorem. quod intelligitur si longam moram est facturus, ut hic, & l. si longius. ff. de iudi. s'm Per. Dy. & Cyn. in gl. super verbo in medio, in princi. ibi, anteq̄ alii subrogarentur. Richar. intelligit qn̄ morbus accidat alteri ex testibus, & iam erant in medio subscriptionum, dicens, quod in medio tempore. s. post alterius recessum nulla potest fieri subscriptio, quia maior solennitas est fieri omnibus præsentibus. Ego credo gl. ueram, & maxime, vbi salus laborātis exigat expedientiam, vt hic dicitur. Idem quia eadem ratione ante
2 facta debent refici, vt sic subrogatus eos videat subscribere. † Vltimo propter tex. hic in princ. quæri potest, si in testamento testator dicat, ego tibi uendo talem rem pro tanto precio, & tu consentis, an teneat venditio, vel donatio si donauit? & gl. ff. eo. l. heredes palam. §. fina. dicit, ꝙ sic, etiam ita omnes tenent, si pura sit, nam si sub conditione mutauerit testamentum, dic, ut dixi in l. præcedenti, in fine. sed de testamento an vitietur, dubitari potest per illum tex. & istum. & illa glo. sentit ꝙ non vitietur, quod tenet Dy. & communiter doct. quia actus ille est momentaneus, & sic non uitiat, sicut per illa verba. Arma virùmq; cano. non vitiatur stipulatio. vt ff. de verbo. oblig. l. quæ extrinsecus.

§. Cum aut. Testator post testm̄ tenetur se subscribere. h. d. No. ꝙ vbi quis sua manu totū scribit non requiritur alias eius subscriptio, Sed pōdera, ꝙ in scriptura sua debet dicere, ꝙ sua manu scripsit, ut hic in litera.

LEX

LEX XXIX.

1 *Testari non potest, qui articulate loqui non potest.*
2 *Heredis nomen debet a testatore scribi, vel nominari. & nu. 4.*
3 *Testator plures heredes instituere disponens, si vnicum instituerit, ille totam capiet hereditatem.*
5 *Tabellio solennitatem, & formam iuris omittens, vt falsarius punitur.*

Iubemus. Testōr hrdes scribet, si scribere sciat, alias debet illos voce propria testibus nominare, qa
1 illud debēt in suis subscriptionib. inserere. h.d.† No. ꝙ non valēs
a articulariter loqui non pōt testari. [a] quia similis est mortuo, ideo tabellio hoc videns non debet conficere testm̄. Nec ob. ꝙ semimortuus potest testari, vt s̄.e.l. quoniā indignum. quia ibi articulate loquebatur, & verbis intelligibilibus.† No. ij. ꝙ nomen hære
2 dis debet esse manu testatoris, vel eius voce nuncupatum. Contra quod op. gl. ꝙ sufficiat nutu, vt ff. de leg. iij. l. nutu. So. ꝙ ibi in legatis. hic in insti. hær. Et hæc vera est. Ratio, quia in instōne heredis est maius periculum, quia est caput testamenti, ut hic, & ab eo dependent legata, & nō eō s̄m doct. Et pro hoc accedat. s̄. ti. j. l. discretis. in fi. ubi mutus tm̄ non potest testari, & sic per signa & nutu non potest hæredem instituere. Et si hoc in muto, fortius in non muto, licet gl. in auth. ut spon. lar. sentiat ɔ̄, & male. Et ad quod dixi s̄m Ia. Bu. j̄. de fidei. l. in epistola.† No. iij. si testator di
3 sposuit plures hæredes instituere, & unum tm̄ instituit, ille solus totam habet hæreditatem, & sic tenet testm̄. Contra quod op. gl. de l. si is. ff. eo. ibi in nullo valet, gl. tripliciter sol. Primo ꝙ hæc corrigit illam, quod nihil est, quia legum correctio euitat̄. Secundo, ꝙ ibi certum erat, ꝙ alias erat institutus, hic non. hanc reprobat, ut in gl. Tertio solu. eō ad præcedentem, quia hic erat certum, ꝙ alios, & quos erat instituturus, ibi certum non erat. Vn̄ hic portio aliorum isti accrescit. hæc bonam rationem non habet, quia ubi non est certum, facilius deberet accrescere, vel saltem ex iure non decrescendi ei competere. Ideo dic melius, ꝙ ibi non potuit alios instituere quia obmutuit, & sic testm̄ quo ad uoluntatem imperfectum fuit, hic potuit alios hæredes instituere si uoluisset, sed non fecit, & testm̄ uno solo instituto perfecit. Vnde licet testib. vel alicui eorum dixit, ꝙ plures instituere uolebat, cum hæc constitutio non obest, quia potuit postea non velle, & sua distinctione finē imponere. arg. l. quod in rerum, in fi. ff. de leg. j. Et hoc voluit prima solutio in contrario, & licet hęc solutio sit bona, & vera, tamen in casu nostro, quia hæc l. mentionem facit de l. hac cōsultissima, in prin. s̄. e. Dico, ꝙ hæc l. vult, ꝙ in testō in scriptis fuissent scripti tres hæredes. & ex tribus vnum uel duos nominauerit testibus, qui illum, vel illos scripserunt in suis subscriptionib. quod in illis tenet, in alio aūt non nominato non ualet, q̄tunq; reperiatur scriptus cum alijs, qui testm̄ scripserant. No. 3. ex ver. quemadmodum, ꝙ, obseruantia in testō nuncupatiuo locum hēt & in testō in scriptis, vt in gl. quod intellige quantum ad nuncupationem hæredis, non quantū ad alias solennitates. vt s̄. & l. hac consultissima. Contra qđ oppo. ꝙ imo in testō in scriptis non sit necessaria nuncupatio hæredis, vt d. l. hac ɔsultissima. in prin. Sol. ut ibi no. ꝙ illa fuit per istam correcta. & hic per auth. hic positā.
4 & reditum fuit ad illā.† Quæro, qd si testor non exprimat nomē hr̄dis, sed tertius, uel notarius dicit, uos facitis talē vestrū hr̄dem, & ipse dicit, ꝙ sic, an ualeat institutio. Et vr̄, ꝙ non, quasi institutio sit captatoria. vt ff. de hære. insti. l. illa institutio. sed gl. dicit, ꝙ non est captatoria, quia fecit per se non per alium, eo ipso, quod uerbo agnoscit. & pro hoc arg. Insti. de inu. stipu. §. preterea, & §. quoties. & ff. de uerbo. oblig. l. i. §. si quis ita. & pro hoc dicit esse casum s̄. tit. j. l. hac consultissima. §. at cum humana, & alias leges inducunt, quæ modicam faciunt uim. dicit Nico. de Ma. &c. ꝙ §. at cum humana modicū urget, quia ibi, loquit̄ qn̄ scriptura lecta a testatoris uoluntate processit. Ideo simplex professio postea facta sufficit, aliud dicit non sufficere, ne falsitas excogitet̄. Itē quia non esset causam quærere, sed suggerere, ut ff. de questionibus. l. j. §. qui quæstionē, quod fatetur Bal. nisi ille sit tabellio cui totius testamenti substantia est commissa, cum eius fides iam sit approbata. Et sic cessat suspicio falsitatis &c. extra tabel. idē vr̄ in quocunq; scribente, ut l. Pamphilo, §. propositum. de leg. iij. ut post lectam scripturam sufficiat eius agnitio, ut ibi, & ita vr̄ tenere Io. And. in addi. Spec. de test. §. i. ver. quid si is. Pet. uero & Cy. simpliciter tenent gloss. si testator articulate poterat loqui, uel simplici uerbo. Dicūt nō sufficere agnoscere, cum sit mortuo similis, habes ꝙ omnes concordant, ꝙ si præcedit scriptura, & maxime tabellionis, ualet, si non pręcedit, sunt opi. & si articulate prius nō poterat loqui, licet dixerit sic, non valet, & in hoc oēs sunt concordes. Si uero poterat articulate loqui, ego starem cum gl. dummodo verba dixerit testibus. & de hoc sint testes & specificauerit ita ꝙ testibus appareat ꝙ articulate loquitur. Vbi autem dubitaretur, an inarticulate potuisset loqui, si de eo esset interrogatus qui successurus esset ab intestato, adhuc ei fauerem, qa nihil nocet, adhuc uero de alio simile non esset, rem suspectā habeo, ideo ei non fauendum dico. No. v. ex uer. quæ in posterum, qđ leges formā tribuentes in futuris, non de preteritis negociis loquun-
5 tur, de quo plene scripsi s̄. de legi. l. leges, & constitutiones.† No. vj. ex uerbo futuris, quod si tabellio omittit solennitatem & for
b mam iuris punitur, vt falsarius. [b] & rationem ponit, vt in gl. quia turpe est ei ignorare id quod est de eius officio, & in quo quotidie versatur, ut ff. de orig. iur. l. ij. §. mutui auditores. Et ex hoc no. ꝙ nō potest notarius replicare, ita testōr scire debuit, ut ego. Sed Rich. Mal. aliter intellexit istum tex. videlicet ꝙ solennitas non interuenit, & ipse attestat̄ eam interuenisse in instr̄o suo, alias si hoc non attestaret̄, non teneret̄ de falso, ut no. in simi. in auth. de non ali. §. quia uero. Et idem dicit eō, qn̄ solennitas intercessit, & ipse sciente scribere omisit, nam de falso tenet̄, vt l. presbyteri. s̄. de Epis. & cle. & ex his vr̄ dicendū, ꝙ si scripsit, ꝙ pr̄ relinquebat filiæ iure instōnis centum, & probat̄ ꝙ illa verba iure instit. non fuerunt asserta, nec lecta tempore testamenti, ꝙ notarius veniat puniendus. Nec ob. iste tex. quod fateor, quod solennitatem non debet omittere tempore cōfectionis, sed omissam addere postea non potest. Et licet hæc sint vera, tamen primus intellectus magis applaudet huic literæ, sequitur, & non obseruato.

ADDITIONES.

a ¶ Non potest testari. sed quid in relictis ad pias causas? dicit Alex. ꝙ magis cōis opi. est, ꝙ non habet locum hæc lex per gl. in c. cum, & ibi per illum tex. secundum unum intellectum extra, de test. quam communiter sequūtur doct. & Bal. in l. ij. s̄. de sac. san. eccl. & Imo. in l. captatorias. de test. mili. tamen dicit, ꝙ Bald. & Ang. hic, & Pau. de Ca. in l. in epistola. j̄. de fideic. tenent contrarium. in alijs stat firma conclusio gl. ꝙ sufficiat testatorem respondere ad interrogata notarii si articulate loqui potest; quod etiam sequitur Bal. Ang. & Bart. hic, & Fran. Tig. & Io. an. in ti. de test. §. i. uer. quid si is. Imo. & An. de Bu. in d. c. cum tibi. Ro. in l. i. §. si quis, de uer. ob. & in consi. 306. ubi dicit, ꝙ singulariter hæc sunt limitanda secundum Ioan. in loco præalle. nisi aliquis de testatoris uoluntate informatus uel prudenter meditans quid illi agendum esset, fecerit scribi testm̄ ut ipse uoluerit, quo scripto notarius legit institutionem hæredis, & testator respondet, ꝙ sic. tunc. n. talis institutio est inualida, quia iste modus testandi non est inuentus a iure, & sic superstitio in proba. illum tex. est inuenire, c. ij. de trā sla. præla. in uer. & quod non est, hoc idem tenuit Pa. de Cas. consi. 346. & Bal. consi. 14. li. & adde, ꝙ ad id, quod inquit lex hæc, dicit Ange. esse uerum etiam inter liberos, quia licet sit remissa solennitas testium, ut in §. ex imperfecto. non tamen est remissa solennitas uoluntatis testatoris quæ debet exprimi per scripturam uel per loquelam claram. adde l. in fraudem. §. i. cum ibi no. ff. de testa. mi. Sed contra op. Alex. quod testm̄ ratione uoluntatis imperfectę non ualeat inter liberos nec ad pias causas, tenet Abb. in cō si. 105. inc. casus talis proponitur. ubi alle. Pet. de Anch. in c. 2. de testa. dicere, ꝙ si testōr incæpit paupes instituere, & superuenit frenesis ita, ꝙ testamentum non potuit perficere, quod nullius momenti est testamentum. ait in secunda parte consiliorum.

b ¶ Punitur, ut falsarius. Vide de hac & multis aliis quæstio. circa hanc materiam per Bal. in c. imperialem. in uersi. scriba. & ibi in apost. ad eum in tit. de prohi. feu. a lie. per Fede. in uersi. feud.

AVTHENTICA.

Et non obserua. Hodie non tenetur testōr nuncupare nomen hr̄dis, qn̄ testat̄ ī scriptis. h.d. Et sic in hac parte corrigit l. iubemus. in princ. & reddit ad l. hac consultissima, in prin. dic ergo super litera. ibi non obseruato eo, quod diximus in l. iubemus. in princi. &c.

LEX XXX.

1 *Testamentum irritum censetur si signacula a testatore rumpantur, & cuius tunc erit hereditas, & nu. seq.*
4 *Testamentum in duabus chartis scriptum, an vna charta cancellata remaneat in alia firmum.*

Nostrā prouisionē. Si signa vel sigilla sint vitiosa vel corrupta testōre volēte irritat̄ testm̄, alias si pter eius uolūtatē remanet ualidū. h.d. No. ꝙ amotio solennitatis inducit pnīam voluntatis. Item, ꝙ casus superueniens re perfecta, & consummata non reddit testōris volūtatem inutilem, vt hic, & l. si vnus. s̄. eo.† Quæro j. tex. iste dicit, ꝙ
1 si testōr signacula incidit, vel amouit, testm̄ non valet, sed an hoc sit verum ipso iure, uel exceptionis ope. Et gl. secunda in principio dicit, ꝙ exceptionis ope, quia sicut nuda uoluntate nō potest constitui, ita nec tolli. arg. l. nihil tam nāle. ff. de re iud. Et pro hoc specialiter inducit. ff. de his quæ in te. delen. l. j. §. sed consulto. & ff. de bon. posses. s̄m ea. l. fi. §. testō. Sed alibi tenere vr̄ gl. quod nō valet ipso iure in l. iij. §. non solum. ff. de adimen. lega. Alibi distinguit, aut incidit ante consummationem testamenti, vel pro cōsummato habitum, & tunc ipso iure non valet, aut postea. & tūc per exceptionem, vt l. ad testamentum. §. si signa. ff. de eden. & illa vera secundum doct. vt patet ff. de his, quæ in te. delen. l. j. §. sed cōsulto. Et intelligo non haberi pro consummato, prout dixi s̄. eo. l. sancimus, & hoc in hęredis institutione, in legatis vero nō tolluntur nuda uoluntate contraria, uel facto contrario, & quomodo, dic, ut no. in d. l. iij. §. nō solum, & in lege datum, infra de legat.
2 in casu tamen nostræ l. dicetur statim.† Quæro secundo in casu
c huius legis, cui applicabitur hæc hæreditas? [c] & gloss. fi. dicit, aut incidit vt decedat ab intestato, & tunc veniunt agnati. vt ff. de his quæ in testa. delen. l. fina. aut, quia reputauit hæredes indignos, & tunc fiscus vt infra, de his, qui. ut indig. l. hęreditas. aut non apparet de causa, & tunc fiscus fauore legatorum, quia fiscus soluet ea

ADDITIO.

c ¶ Cui applicabitur hæc hæreditas. Vide Bar. hic, & Pau. de Cast. Bal. & Alex. & plene per Oldra. consi. 144. incip. circa materiam propositæ quæstionis. & aliquid per Bal. consi. c. iiij. uol.

uet ea, quę non facerent veniētes ab intestato, vt ff. de his, quæ in test. delen. l. proxime. §. sed in re dubia. cū si. Sed caue, quia in hoc casu dubii hæc tenet Dy. in d. l. proxime. & allegat pro casu l. ij. in
3 fi. eo. tit.† Item probat ex eo, quia quilibet præsumitur dignus, vt l. cum quidam. & l. pater. §. rogo. de lega. ij. Et in casu nostro, quo solum cordulas incidit, induco spālem hanc rōnem, quia tūc nō potest præsumi, ꝙ magis mutauerit hæredem indignum q̄ legatarios, vel alterum ex legatariis, sed pariter oēs. & sic nemini deberetur legatū, tamen in hoc casu dubii ego sic distinguo, aut testator īstituerat veniētes ab intestato, aut extraneos. Primo casu, aut cancellauerant nōīa hr̄dum tm̄, & tunc præsumo ꝙ eos reputauerit indignos, ita loquitur d. l. proxime. §. sed nō illos. vsq; in fin. & ff. de his, quibus vt indig. l. cum quidam. §. j. Et ita debet intelligi prima solutio posita in l. hæreditas. j̄. de his, qui. ut indi. Aut deleuit, vel incidit totum testm̄, vel solū cordulas, & sigilla, ita ꝙ non potest præsumi magis in odium hr̄dum, q̄ legatariorū, imo verisimilius vr̄, ꝙ in fauore ipsorum hr̄dum scriptorum, ut totum capiant ab intestato. Et tunc præsumo, ꝙ velit decedere ab intestato, vt hic, nisi probaret̄ aliquam offensionē hr̄dum intercessisse, ut l. ij. in fi. de his, quæ in test. delen. Secundo casu, qn̄ extraneos scripserat hæredes, dic, aut cancellauit, vel incidit totū testm̄, vel cordulas, & sigilla, & tunc præsumendum ꝙ decedere voluerit intestatus. ar. l. hac consultissima. §. fi. s̄. eod. & l. generaliter. j̄. de insti. & substi. l. cū antiquissimi. j̄. de fideicom. Est. n. hæc benignior interpretatio, & maxime, qn̄ nō apparet, ꝙ legata magis voluit deberi, q̄ hæredum institutionem. Aut nomina hæredum duntaxat cancellauit, & tunc aut legata sunt repetita veniētibus ab intestato, tunc ipsi succedere debent, tum quia tacite vr̄ eos vocasse, cum, &c. quia cessat ratio huius gl. Aut non sunt repetita a venientib. ab intestato, & tunc iste passus est magis dubius. Sed dico, ꝙ si venientes ab intestato sunt de liberis, ꝙ intestatus vr̄ decessisse, cū fauor liberorum præferatur fauori legatariorū, vt l. hac consultissima. §. ex imperfecto. s̄. eo. & arg. l. cum acutissimi. j̄. de fideicom. Aut non sunt de liberis, sed de aliis agnatis, vel cognatis, & tunc forsan ista gl. vr̄ sustinenda fauore legatariorum; tamen ex quo est alius, qui scripto est præferēdus, ac etiam, quia quilibet præsumitur dignus, vt dicit Dy. Et quia fauor venientiū ab intestato debet attendi, ut d. l. hac consultissima. §. fi. sequor & isto casu opi. Dy. quicquid senserit ista gl. & sic concludo ex prædictis, ꝙ in casu, quo extraneus est hæres institutus, ꝙ non fiscus,
4 sed venientes ab intestato debent succedere.† Iuxta hoc quærit, si de eodem testamento factæ sunt duæ scripturæ, quod fieri po-
a test, vt ff. eo. l. vnum. an vna cancellata remaneat alia firma? [a] dic, ꝙ sic, nisi de contraria voluntate probetur. casus est in l. fin. ff. de his, quę in testa. delen. facit in ar. l. si domus, ff. de serui. vrba. præd. Sed, & hoc tenementi pro notarijs, qui postquam extenderunt in quaterno suo qđ scripserāt in bastardello, licet bastardellum cācellauerint, quaternū pbat, cū cancellatio illa nō noceat libro, seu quaterno, qa cā cācellationis est, qa ī quaterno scriptū ē. Sal.

ADDITIO.

a ¶ Remaneat alia firma. Adde de hoc ultra hic no. per Bal. nu. 3. uer. tertio quæritur. ꝙ hoc dictum, s. ꝙ si sunt duę scripturę ex eodem testamento. quod cancellatio unius non tollit alteram. uenit limitando, nisi cancellatio unius respiceret aliam, ut l. 2. ff. de his, qui in testa. delen. secundum Io. in l. fin. eodem titulo.

LEX XXXI.

1 *Testamentum rustici in uilla confectum, quinque testibus firmatur.*
2 *Testamentum ciuis factum in rure coram quinque testibus an ualeat, & num. 3.*
4 *Testamentum factum coram paucioribus, quam quinque testibus an valeat, & num. seq.*

Et ab antiquis. In rusticorū testamētis potest omitti solenitas iuris, s̄m quod hæc l. dis-
1 ponit. h.d.† No. ꝙ in testō rustici in uilla condito requirunt̄ quin
b que testes, [b] & non pauciores. & sic no. ꝙ rusticis hic succurrit̄. Contra quod opp. cum gl. j. ꝙ rusticis non succurratur: vt supra, de in ius vocan. l. venia. Sol. ꝙ eis non succurritur in iure naturali, vel quasi, vt ibi, sed ciuili sic, ut hic. Secundo no. ꝙ in castris, vbi legum peritia viget, hæc prouisio locū non habet. & sic licet hoc dicat de castris vrbis Romanæ, tn̄ propter identitatem rationis dicit gl. idem in castris, & villis Bono. Ad quod tertio no. ꝙ hic con
2 ceditur rusticanis.† Iuxta quod quæritur, si testm̄ non est factum a rustico, sed a ciue in rure coram quinque testib. an valeat? Quidam ꝙ non, quia hoc priuilegium est concessum non simpliciter loco, sed certis personis in loco, quia rusticanis, ut hic, & j̄. titu. vt rus. ad nullum obse. vo. lib. xj. facit etiam j̄. de agri. & censi. l. dn̄m prædiorum. & in auth. vt nullum cre. agri. in rubro, & nigro. Alij dicunt, vt Pe. & Cy. ꝙ hic pro rusticano non habetur omnis ille, qui moratur in rure, siue sit nobilis, vel ignobilis, propter rationē huius l. & idem sentit Ia. Bel. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si qs igitur. Ego puto istos melius dicere, sed adhuc vr̄ mihi latius dicendum esse, vt hoc concedatur rusticanis propter locum, & sic habentibus, vel moram trahentibus in villa, vel non, dummodo ibi reperiantur testari. nec legitimus numerus testium possit haberi, Quia hęc est ratio huius l. licet hic de rusticanis dicat, ꝙ maxime in locis, ubi rusticani habitant, copia non hr̄. Et pro hoc facit, quia ex humanitate quadā mouet̄ hic imperator, vt patet in versi. ideoq;. & hoc tenet etiam Nic. Mat. dicens, ꝙ testm̄ factum in carceribus tyranni, vbi illius metu non potuit maior copia ha
3 beri, q̄ quinq; testium, valet, & tenet. & sequit̄ Bald.† Quæro no. ex ver. ita tamen, quod hic sequitur. s. vbi in castro pcesserat consuetudo, &c. Propter quod q̄rit gl. quid si nulla consuetudo pręcessit? & respondet, ꝙ communem legem seruabo, ut septem testes interueniant, quia attende, quod ista gl. est dubia, quia si intelligatur de consuetudine quæ fuerit, vel non tempore huius legis scire non poterit, nisi ex pręsenti inferatur ad prætetitum. Et sic, non sic inferendo, semper ius commune seruaretur, & per cōsequens hæc l. nihil noui induceret, quapropter credo, quod hic non velit aliquam specialem consuetudinem confirmare, sed velit, quod lex antiqua, per quam concedebatur rusticis cū minori solennitate testari, seruaretur, sed non in totum. ideo statim addit modum, & formam, dum subiungit (ita tamen) quę dictio est limitatiua eius, quod pręd ixerat. vt l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Treb. Ex hoc infero, quod si post hanc l. aliqua consuetudo specialis fuerit inducta in aliquo loco, quod illa cōsuetudo est seruā
4 da.† Pro cuius declaratione latiori quæro, pone, quod statutum, vel consuetudo est inducta, ꝙ testamentum valeat cum paucioribus quinque testibus, an valebit? Ia. de Are. dicit, quod nō, per istum tex. in versi. seq. ibi minus autem nullo modo. & per l. non speciali. s̄. eo. Quidam alii dicunt, ꝙ hic in consuetudine rusticorum, quæ potius per imperitiam, & errorem inducta pręsumitur. Ego puto valere, quia hic non derogat alicui speciali consuetudini, sed generali in vniuerso, & ita mandat in vniuerso vt adsint v. Si igitur locus aliquis specialis faciat sibi statutum, vt pauciores sufficiant, in eo loco præualet statutum, & consuetudo, quia spe-
5 ciali consuetudini per hanc l. non derogatur.† Quinto no. ibi, sine scriptura testimonium adhibentes. ꝙ hęc l. procedit tam in testamento nuncupatiuo, q̄ in scriptis, quod alij non fatentur, ut in gl. Sed dicit gl. ꝙ quantum ad solennitatem numeri testium etsi ista lex in testamento in scriptis loquatur, idem tamen in nuncupatiuo exaudit. arg. s̄. e. l. iubemus. Sexto no. ꝙ si literatus subscripserit pro illiterato, & sic pro alio subscriptionem fecit. Contra quod opp. gl. s̄. de assesso. l. 2. sed non soluit. Dic ergo, ꝙ ibi loquitur in pręside, qui verisimiliter debet ignorare secundum Rayn. vel dic, ꝙ speciale est hic in testamento rustici, & in casu necessita
6 tis, alias secus, vt ff. eo. l. pen.† Querit Bal. si statutum [c] permittit,
c ꝙ quis testetur coram duobus testibus, an idem in alia ultima voluntate, vel donatione causa mortis? Et respondetur, quod sic, ar
7 gum. ff. de leg. 3. l. si quis in princi. testamenti. §. milites.† Quero, si statuto permittitur testari coram quinque, an codicillari permittetur coram tribus, ut duo minuantur secundum differentiam iuris communis, vt l. fi. j̄. de codi. Et videtur quod sic, arg. eo. quę no. in gl. magna in l. illud, s̄. de sacrosan. eccle. sed teneo quod in eis non sit mutatum. arg. eorum quæ ibi scripsi. sed quod non mutatur, stare non prohibetur, vt s̄. eodem. l. sancimus. cum sim.

ADDITIONES.

23 bona postea q̃sita,sicut nec prius habita. Quæro † de iij.membro, qd si de bonis in bãnitis ex homicidio nil disponiẽ in statuto, an ex eo ꝙ pmittiẽ impune occidi,bona intra territorũ sita, veniant publicãda? Et vř ꝙ sic,qa de iure cõi bona homicidę publicanẽ,vt l.q vlterius.ff.de poe. ergo & banniti, & condẽnati in absentia, cum statuta recipiant interpretationem a iure cõi. vt s.de noxa.l. scđa,cũ similibus,& quia ab illa ciuitate dř diffidatus,& sic bona sint confiscãda,vt in auth.gazaros.s.de here.Sed teneo oppositũ, quia vere iste non est conuictus,nec confessus homicidiũ,nec est vere cõfessus,uel ꝯuictus,vel cõdemnatus, ergo leges,quæ disponũt bona publicari,in casu isto locum non habent, quia ille loqẽ qñ seruus pœnæ efficiẽ, qđ non est in casu isto. Item quia loquiẽ in condemnato per diffinitiuã in p̃sentia, & non per contumaciã.Itẽ in vero,nõ ex ꝯtumacia ficto, ergo ad eũ non extẽdenda. arg.eius qđ no.gl.ii.in prin.l.iii.§.hæc verba.ff.de nego.gest.& sic nõ ob.j.ratio.Itẽ,qa lex municipalis,& ipsa ciuitas, quæ eum occidi pmittit impune,non indicit ei bellũ.vt Hosti. cum hoc non imperet,sed solũ permittat,nec permittit vt in hostẽ, sed in executionẽ sententię,ut in fictũ homicidã,ut dixi. Quæro vij.& principaliter pone,ꝙ p certo delicto qs est cõdemnatus,uel bannitus pecuniariter,& in ciuitate,& eius territorio põt morari,sed l.municipali disponente põt ĩpune offendi ẽt mortaliter donec soluerit, an iste capax erit? Dico ꝙ sic, nec hostis est iudicandus, quia nec bona pdit, sed ad celerẽ solutionem metu impunitatis offensę sibi faciendæ astringitur.& hæc sufficiant.

LEX II.

Pater tuus. Appellatione residui totum potest contineri.h.d.Et concor.sunt glo.& recipe hic con-
a siliũ substituendi ei q capax nõ est,[a] vel de cuius incapacitate dubitatur.Itẽ no.ꝙ filio spurio potest fieri vulgaris substitutio,quia non requiriẽ ꝙ in primo gradu institutus sit capax, vt hic in primo casu coniuncta glo. De fideicommissaria dicit Bal.ꝙ non, qa ei fieri non potest,qui testm̃ non potest confirmare per aditionẽ hæreditatis, nisi sit facta repetitio ab intestato.vt j.de fideicõm.l. eum quem.Compendiosa & reciproca quatenus continent vulga.& pupil.vt l.lucius.ff.de vul.& pupil.

ADDITIO.

a Qui capax non est.adde vltra no.hic per Bar.in & Bald.in apost.ad vtrunque,vt habeas cautelã,ꝙ pater possit relinquere suo spurio , vide cautelam q̃ ponunt Bal.Paul.de Castr.& Alexand. in l.si pepererit. quæ est in l. iii. ff. de li.& post quam ponendo refert & sequitur Tho.ferra.in suo tra. cautelarum.cau.xli.incip.doctores conãtur.& illam posui in addi.ad Bar.in alle.l.& si pepererit.nu.i.in ver.nomẽn mris.& puto me aliq̃d dixisse in addi. ad istũ in l.si donatione.

LEX III.

1 *Substitutio vulgaris est conditionalis.*
2 *Hæreditas delata seruo quando acquiratur domino.& nu.3.*
4 *Seruus an possit hęres institui, & hęreditatem adire .& numeris sequen.*
7 *Seruus hęreditatem coactus a domino adiens an sit hęres. & nume.8.*

Cum proponas. Substitutio vulga. facta seruo cõi & instituentis tanquã libero, illo nõ adeunte uẽdicat sibi locũ,adeunte uero euanescit.h.d.Et primo thema & quæstio,scđo huius bimẽbris solutio,scđa ibi,nam si decedẽs.Supple text.ibi, an tu scilicet vitalis. Ibi, uolũtas filii defuncti,q.d. Oportet nos p quæstionis decisione,de uolũtate de-
1 functi quęrere uel disputare.Ibi,extitit.dic statim.† No. ꝙ uulgaris substitutio ad duos casus referẽ.s.si nolit,uel hæres esse nõ possit.Scđo, ꝙ substitutio uulgaris facta a testatore ꝯditionem instituti sciẽte, hũc habet sensum,si hæres nõ eris,uel aliũ hæredem
b non feceris,[b] vt hic,& in uer.ꝙ si uerba.& ff.e.l. si pater.Institu. de uul.sub.in fi Et hoc est notandũ,qa non solũ pcedit in seruo, de quo hic,sed ẽt in filiofami. tu no. ff. de acquir. hære.l. si quis filium.in princi , Ex quo inferri uř, ꝙ si filiusfa.hæres institutus habuerit substitutum uulgariter, & filius repudiauit, ꝙ si pater
c dicat sibi uelle hæreditatem, pater præferaẽ substituto.[c] ut no. gl.j.đ bo. q̃ liber.l.fi.§.j. & ita allegat Bar. istã l. Sed meo iudicio hæc l.modicũ facit,qa ista litera loquiẽ,qñ aliũ facit hæredẽ adeundo.Similiter dicit,ꝙ si institutus moriaẽ intra annũ datũ ad deliberandũ, & eius hęres interim adeat, ꝙ substitutus excludiẽ,qa in ministerio instituti ille hæres efficiẽ. Sed dicam hoc. j.de iure
2 delibe.l. cũ antiquioribus. † Tertio no. ꝙ hæreditas delata seruo nõ acquiriẽ dño, nisi adeaẽ p seruũ.Item ꝙ iussus dñi dẽt pcedere,ut hic,& ff.de acqui.hære,l. si qs mihi bona. §.iussum.Item ꝙlicet dñs iubeat,põt ipse nolle adire.Item , ꝙ seruo repudiante locus est successioni. & sic vř ꝙ ꝯ dñi voluntatem possit repudiare,& vř ꝯ regulã q̃ vult , ꝙ is põt repudiare qui põt adire, vt ff.de acqui.hære.l.si is põt.sed in adeũdo iussus requiriẽ,ergo & in repudiãdo.Et p hoc vř quasi casus. ff.solu. matr. l.seruus dotalis.& ff.si qs omis. causa testa.l.j.§ primo. sed dici põt, ꝙ ibi ideo, quia seruus obedire ex toto volebat dño. unde ibi non negaẽ ꝙ absq; iussu repudiare possit,ut hic, vel dic, ꝙ hoc operatur hic substitutus a testatore datus qui ex testantis volũtate statim uocaẽ, cũ nõ
3 vult vt in prin.huius l. † Quæro no. ꝙ repudiante seruo dñs non põt adire,quod secus est in filiofami. hærede instituto,vt j.de bonis q̃ liber.l.cum non solũ.§.j. Sed cui istorũ monachus sit ęquiparãdus?& vř seruo,p no. per Inn. in c.cum olim. extra de censi. In contrarium facit,qa succedit vt agnatus,vt l.deo nobis.s.de epis.& cle.& hæc pars vera.& not.in c. in p̃sentia. extra de procu. & Archi.xviij.q.j.in hæreditatibus.ergo non æquiparatur seruo.
4 † Opp.ꝙ institutio facta non teneat, vt ff.de mili.testa.l.neque.§. si seruum.Glo.sol.dupliciter,uno modo ꝙ non valet quo ad ipsius respectũ tm̃,vt ibi.& sic ẽt potest intelligi hic,sed ualet substitutio, vt hic.Alio modo , ꝙ hic seruus erat cõis in propriis testis. sed vtrãq; simul iunge,quia aut querit de viribus substitutionis, & habet locũ l.ista : aut de viribus institutionis, & tũc aut seruus erat cõis,& valet institutio:quia est,cui quæri potest,s.alteri dño: Aut erat pprius testatoris,& eũ liberũ esse putauit,& tũc non tenet institutio,vt in ꝯrio. & est ratio, qa animũ dãdę libertatis nõ habuit,& sic necessaria institutio nulla,qa nõ est cui seruus quæ-
5 rere possit,nisi hæredi futuro legitimo testatoris. † Opp. ij.quòd imo seruus pprius institutus sit hæres & liber. vt insti. e. in prin. & j.de nec.ser.l.quidam.Solutio, ibi in testatore sciente seruum esse suum, quo casu hodie ẽt libertatẽ ei relinquere vř, vt ibi prædicta in errãte & eum liberum esse credente qui libertatem relinquere non creditur , ideo lex non supplet contra voluntatem p̃sumptam . Oppono. iij. quòd imo possit institui sine libertate: vt ff.eodẽ.l.seruus alienus. & l.si alienum seruum.Solu.sequitur in glo.quòd ibi seruus erat totus alienus , & sic est cui quæritur, quia eius domino , ideo nec libertas ei debetur. prædicta autem locum habent, quando est testatoris proprius. Oppo.iiij.quòd etiam communis possit hæres institui & libertatem consequeẽ, vt ff.eodem.l. sed si conditioni.§.si seruum. Solu. quòd ibi instituit & libertatem ei reliquit, & postea idem testator partem socii redemit,unde erit liber,& hæres necessarius.Et an isto casu sit hodie aliquid innouatũ? dic quòd sic . hot. in dicto §. si seruum. videlicet quòd licet testator eum non redimat, cùm ipse hæres institutus põt seipsum redimere, & precium partis alteri dño soluere, vt j.de ser.man.l.j.§.j.Ibi, licet ipse cõis seruus sit hæres institutus &c. & hoc qñ eum instituit cũ libertate, alias si de libertate non fecisset mẽtionẽ,sed ipsum redimere possit, & remanerent iura antiqua incorrecta, & totum debẽt alteri dño. vt no. in d.§.seruum : Conclude ego prædicta ẽt aliqualiter latius , & sic, aut testator instituit seruũ propriũ, aut alienũ,aut cõem . Primo casu cum libertate, & olim & hodie valet : aut sine libertate, & olim non valebat, hodie dic , aut putauit eũ liberum, & non ualet sicut nec olim, vt ff.de testa.mili.l. lucius. §. j. & dicta.l. si neque.§.si seruum,a sensu ꝯrio illorũ verborũ(quẽ liberũ esse credidisset)in pagano nõ tenebat,sed hodie tenet vtrũq;, & consequitur. Insti.eod. in princip. & j.de neces.ser. l. quidam . Secundo casu,quando alienum prorsus,dic aut simpliciter,aut cum libertate:si simpliciter, tunc valet , & tunc domino quæriẽ, vt l.seruus alienus.ff.e. si cũ libertate,& tunc,si directam,neutrum valet,vt ff.codem.l.si alienum seruum.in prin. Si fideicõmissariam, ualet, & hæreditate postea adita,& domino quæsita,cogetur ipse libertatem seruo præstare.arg.l.ab eo.j.de fideicõ.& l.cogi.§.sed si seruo.ff.ad trebellianũ,ante aũt cogi non põt : si tamen prius libertatem præstitisset, apud eum adeuntem hæreditas remanet. arg. j.de ꝯdi.indebi.l.si vxor.cum ibi no.Tertio casu, quando cõmunem,& tunc aut sine libertate,& valet institutio,& totum quæriẽ alteri domino:aut cùm libertate, & tunc aut testator partem socij

ADDITIONES.

b ¶Non feceris,adde Bal.hic ij.no.& in l.fi.in princi. in j. co. in ver. quæro quid si filius,supra de bo.q libe.per l.si pater.ff. de hære. insti. & in fi.de uulg. & pup. substi.in fine. & vide omnino hic do. Franc.de Aret . item adde Socin. consili. xx.inci.visis actis & productis.uersi.nec ob.si diceretur.in j. parte. char.xxxvj. & an quando substitutio uulgaris dicatur præiudicium inferre, ex quo locum habet in casu nostro.s.non acceptatæ hæreditatis , uide per præfa. Soc. consi. cxvi.incip.non potest negari.ver. secunda principalis opi.circa me, cum ver. seq.in d.parte char. clxxxiiij. & uide per eum in d. consi.xx. in ver. sed hoc ad uertendum de passu subtili & dubio , an datione substituti vulgaris tollatur existentia suitatis.

c ¶Præferatur substituto, ꝙ uerum,nisi sit præsumptio, ꝙ testator dilexerit magis eum quem pater instituit,uel nisi sit coniectura, ꝙ testator noluit patrem instituti.Bal.in l.fi,in j. col.in uer,quęro quid si filius. supra, de bonis quæ li.uel nisi sit substitutus frater instituti. Bal.hic ij.col.in uer. attende tu, hic uide per do.Alexan.in j.col.in uersi.& illud inducitur qui dicit ꝙ opin. Bar.est communis,nisi in casibus no. per Bar & latius per eundem domi.Alexan. in l.j. xv.col. in uersi.iuxta prędicta quęrit.ff.uulg. & pupil.

socij redimit, & valet, aut non redimit,& olim non valebat,hodie sic,sed tenetur ipse partis suæ preciũ dare dño , vt j. de cõi ser. ma.l.j.§.j.Hæc dist.est plena , ideo ad illam recurre in tpe oportuno.Sed ab extra op.v.ꝙ in casu nostro sit liber,& hæres sibi, quia testator hic miles fuit, & sic animum dandæ libertatis præsumiẽ habuisse,vt d.l.Lucius.ff.de mil.testa.Soluunt quidã, ꝙ ibi in seruo proprio,hic in cõi.Ista sol.non placet,saltem hodie,per l.j.j.de cõi ser.ma.ideo dic,ꝙ hic non creditur habuisse animũ dandæ libertatis,quia eum,vt libertum hæredem instituit,vt patet in litera,Ideo distinguitur,aut ab errãte,& nihil debetur, vt hic fuit:aut a sciente,& vtrũq; debetur,& econtrario,aut dubitatur,& tũc er-
6 rasse creditur,vt dixi.s.de mili.testa.l.ex his,vbi vide.† Opp. vj.ab extra,ꝙ si hic errauit,vt dixi,institutio sit ipso iure nulla, vt j.l.pxi.Sol.ꝙ hic errauit in libertate,ibi in filiatione, vnde ibi præsumitur,ꝙ alias non fuisset institutus,quia coniunctio, in qua erratur,præsumitur magis causa finalis institutionis,arg.j. de lega.j.l. cum alienam,q̃ libertas æstimata,quia non ratione libertatis, sed affectionis,& notitiæ,quæ non deficit:Ideo in vno casu error priuat consensum totaliter,in alio secus,potuit.n.tantam affectionẽ habere in seruo,quantam in libero , sciens, ꝙ inter eos nulla erit coniunctio. Oppo.7.ꝙ seruo cõi instituto locus sit substitutioni, vt ff.de vulga.& pup.l.fi.Sol.ꝙ ibi casus est omnino ammodo di-
7 uersus,vt hic in glo.fi.† Quæro cum gl.penult.tex.ponit duos casus,quando repudiauit,& quando sponte adijt.Sed quid si paruit domino,sed coactus?dicit glos. ꝙ dominus hæres efficitur,vt ff.si quis omis.cau.test.l.j.§.j.Sed in contra.facit l.qui aliena.§.fin.ff.de acquir.hæred.cui respondit gl.ꝙ ibi adiuit errans,hic sciens : Sed truffa est,quia ibi non dicit errans,sed fallens , idem decipiens eũ qui eum cogebat,quia protestatus fuerat prius,&c. Vnde gl.dicit ibi,ab alio qui fuit coactus,hic a domino qui ius cogendi habuit, hæc vera secundum Doc. Sed examinemus eam latius. Et in seruo a domino coacto,res est clara, vt teneat aditio,& dominum faciat hæredem , ẽt si prius protestatus fuerit , quia ex quo iuridice potest eum ꝯpellere,protestatio nihil operatur, sicut non opatur qñ iudex compellit,vt j.de acq.hære.l.cum aliquis, & s.de inofi. testa.l.sancimus.§.fi.versi.si vero,& ff.ad Treb.l.nam quod.§. qui ꝯpulsus.Et est de mente gl.in d.§.fi.in d.l. qui aliena, sed in libero coacto sine protestatione vidẽdum est,an aditio sit ipso iure nulla,& videtur,ꝙ sic in d.§.fi.Sed in oppositũ est casus. ff. quod met. cau.l.si mulier.§.si metu.ii. Ad d.§. fi. Resp. ꝙ ibi protestatus fuit, ꝙ inuitus adibat,& nõ volens,ut ibi no.in gl. ij.& intellige ꝙ protestatio facit deesse voluntatem ab aditione quæ statim sequitur, secus si ex interuallo.arg.s.de vsu.l.per retentionem.nisi protestatio concerneret ẽt futurum tp̃s,puta si aliquo tpe facerent actum, per quem ad aditionem induceretur protestator, &c.Et de materia protestationis latius scripsi in l.pacta nouissima.s.de pac.Quæro ij.an distinctio huius l.habet locum in casu dubij,vel casu certi,Pla.ꝙ in casu dubij,vel certi,gl.ꝙ in casu certi,& ita tenuit Iac. But.Nec ob.ꝙ dicit voluntas est quæstio,quia verum est in dicto, & quæstione formata.Sed responsio est de volũtate certa,& subiungit,ꝙ si esset dubium, testator videtur velle id quod importat sensus verborum.argum.l Labeo,ff.de sup.leg. & per consequẽs
3 vř habuisse animum,vt se nõ alium faceret hæredem. † Et ex hoc infert,ꝙ domino non acquiret, sed substitutio statim locum habebit,quod intellige sane , vt locum habeat , sed substitutus propterea non totum capit , cum adhuc incertum sit , an per eum ad alium quenq̃ peruenire voluerit si seruitus deregeretur,vel si ante aditionem in seruitutem reduceretur: ratione eius incertitudinis,ac ẽt quia veritas debet præualere opinioni testantis,inuentũ est vt hæreditas diuidatur secundum formam d.l.si pater,& sic Ia. But.non discordat ab eo quod s.dixit gl.Quæro ab extra,testator instituit hæredem liberum hominem,putans eum seruum,& dixit,si hæres non erit,talis sit hæres,& dixit glo.Instit.de vulg. substitu.ꝙ iste casus est indubitatus , nam vt liber admittetur in totũ ex institutione,inspecta potius veritate , quam testatoris opinione,vt ff.de Carb.edic.l.j.§.si quis filium,& sic expirat substitutio, vt l.post aditam.j.de impuber.& alijs subst.& ita teneo, licet Iac. de Ra.idem dixerit,quod in pręcedenti casu,quia quoquo modo alius esset hæres , vel ipse mutata cõditione, testator substitutum admitti non voluit,nam si putans seruum,instituit,fortius,si liberum sciuisset,eum hæredem instituissent,ar.l.Barbarius,ff.de offi. præsi. Et hanc vt certam partem tenet Bart. per l. liber homo. in fi.ff.de acqui.rer.domi.

LEX IIII.

1 *Institutus vt filius,qui tamen non est filius,hæreditate priuatur,& cui applicetur,& nu.2.*
3 *Institutio facta his verbis,ille impijssimus filius hęres esto,an valeat.*

a
1 **Si pater.** [a] † Error, vel opinio priuans agentem vniuersali consensu eius de quo agitur, vitiat quod est actũ. h.d.Vel sic.si quis instituitur,vt filius a testatore errante,qui filius non est,ei aufertur hæreditas.h.d.Opp.ꝙ imo valeat , vt ff.de car. edic.l.j.§.sed & si quis filium instituit vt extraneum.Op.de l.falsa. in prin.ff.de cond.& dem.& clarius de l.nemo.§.qui frater.ff. eo. Sol.vt in gl.ij.ꝙ ibi suum non credebat,& sic hæreditatem omnino habere nolebat,hic suum credebat, & sic aliter eum præsumptiue instituturus non erat.Oppo.3.ꝙ ei debeatur hæreditas non attenta opinione testantis,argum.ff.de iniur.l. eum qui.§. si iniuria.glo.non solu.dic soluendo. ibi habuit animum delinquendi, licet non in illum,vnde ibi tenetur, ne delictum remaneat impunitum,hic vero non habuit animum instituendi, nisi filius esset.
2 †Quæro cui applicabitur hæc hęreditas?& respon.glo. ꝙ fisco, si nulli sunt venientes ab intest.alias venientibus ab intest. vt j. eo. l.nec apud.Et est ratio,quia non aufertur ei propter aliquod delictum verum vel præsumptum,sed quia ꝯsensus testatoris a prin. non fuit.Ex hoc infero,ꝙ in præced.casu, quando debetur fisco,
3 debetur,vt vacans,nõ quia ab isto auferatur, vt ab indigno.† Quę
b ro cum gl.j.quid si pater dicat(ille impijssimus filius [b] hęres esto) dic ꝙ valet institutio,vt ff.eo.l.his verbis.§.si quis ita, secus si transiret ad genus impietatis vel maledictionis,quia tunc nõ valeret, vt l.quoties.§.si quis nomen.ff.eo.& est ratio,quia tunc videtur institutus magis causa infamię,q̃ eius contemplatione, seu quã ex causa preexistentis voluntatis,vt l.turpia.ff.de lega.primo. Quærit gloss.quid si in exhęredatione sit causa ista expressa(quia scio eum ex me natum non esse)& dic quod non valet,vt ff.de liberis, & posthum.l.si posthumus.§.si quis ita,& est ratio, quia in extraneo exhęredatio est inepta, & si est filius , causa est erronea , nec tenetur probare se filium,si sit ĩ quasi possessione filiationis, alias sit vt ibi.

ADDITIONES.

a Si pater.adde Bal.in l.j.j.ad car.& in l.j.inf.eo.ubi etiam dicit, ꝙ pręsumitur facta per errorem,& ꝙ alias non esset facta,& ꝙ non uitiat testamentum in parte coheredis,uel substitutionis,uide l.neque sup.de test.& per Bar. in auth. ingressi.in pen.col.de sac.san.eccl. & in l.eam quàm, de fideic.& adde do.Alex. hic,qui dicit, quòd per gl.j.hic potest decidi quæstio formata per Bal.in c.per tuas,sup.de prob.quòd si pater instituit Titium tanquam filium uerum,& legitimum ex uxore , postea mutetur testamentum instituendo in modica re non nominando ipsum,ut filium, sed tanquàm nutritum in domo , quod tanquam præteritus possit dicere testamẽtum nullum, dicit Bal.arguere ad partes , & nõ decidere quia quęstio pendebat de facto.d. Alex.dicit , quòd hic deciditur, ꝙ institutio ualet, maxime quãdo instituisset eum in quantitate magna, sed qñ instituisset in modica re est magnum dubium, tamen secundum ipsum gl.in uerbo hereditatem.in §.si quis filium, alleg.in gl.iuncto illo tex. uidentur uelle idem , & ibi Bar.contra uero facit l.3 .cum ibi no.sup.de inoff.test.tu dic, ꝙ Bal.tenet talem insti.non ualere,quia dicitur ignominiosa , & ita dicit tenere Franc. de Alber.dummodo filiatio pro constanti probetur , in dubio autem secus, uide eius consi.150.incip.in primo test.3.uol.

b ¶Ille impijssimus filius,tu dic quod per quęcunque uerba potest filius, uel alius heres institui, dummodo ex illis deprehendatur testator noluisse illum instituere,ut no.omnino do.Ias.in auth.nouissima, col.16.de inoff.testa.

LEX V.

Non ideo. Statutum in principiato, habet locũ in principante.h.d.dubium,quia Berta est vxor , & non affinis , prout nominata fuit. Et ex his habes ꝙ statutum disponens,vt affines compellantur ad compromissum, vendicat sibi locum in marito,& vxore, licet non sint affines , sed principium affinitatis,& omnium est ratio,quia propter ꝙ vnumquodque tale,& illud magis,vt dicit Aristo.in secundo posteriorum.Saly.

LEX VII.

1 *Adoptare quem in filium possumus,sed non in fratrem.*

Nec apud. Non potest quis adoptari, vt frater , & institutus vt frater,a testatore errãte nihil debet habere.h.d.Præmitto,ꝙ duo erãt pretores in vrbe romana , vnus qui preerat ciuilibus,alius qui præerat causis peregrinorum forẽsium,& de isto loquitur hic,dum dicit,apud peregrinos.q. d. nec apud pretorem de causis peregrinorum cognoscentem,nec apud pretorem urbanum,vel alium quemcunq; quis potest adoptari ,
1 vt frater,& hoc probat implicita,nec,hic posita. † Super tex. ibi, sit irritum , quia non tenet adoptio. Not. ꝙ quis non potest adoptare aliquem sibi in fratrem, licet in filium sic,ut ff.de adop.l.nemo.§.frater.sol.hic qui fratrem putauit,unde pręsumitur, ꝙ alias non fuisset institutus,ibi fratrem nõ esse sciebat, sed fraterna charitate diligebat,ideo ualet. Oppo. quòd non detur coheredi , sed teneat institutio,& ab instituto auferatur,& detur fisco, ut ff. de iure fis.l.aufertur.in princip.& l.Lucius.glo.non sol.sed dic, quòd non reputatur , ut indignus propter aliquod eius demeritum , ut dixi,supra eodem.l.si pater. in q. prima. Oppo. ad idem de l. cum autem.in fine. ff. de ędili. edict.sed dic, quòd ibi capit per alium , scilicet per emptorem quod non posset per se, ut infra , eodem.l. neque,&c.

LEX VIII.

a **Collegium.** [a] Casus Collegium non approbatum nõ potest hęres institui.h.d.de ista materia dixi.s.de sacrosan.eccle.l.j.ibi uide.

ADDITIO.

a ¶Collegium.sed quid de approbato , & postea reprobato ? dicit ꝙ non potest heres institui.c.grauius,de sen.excommu.& c.ex iniuncto,de ope.nou.nunc.secundum Bal.hic.

LEX IX.

1 *Extraneus potest in tempus mortis institui.*
2 *Legatum in tempus mortis factum,an valeat.*
3 *Institutio in tempus mortis,an sit conditionalis.*

4 *Institutio temporalis,puta per decem annos,an valeat,& nu.sequen.*
6 *Pauperes instituti post vxoris mortem.quo iure veniant ad hæreditatem.*

1 **Extraneum** †Institutio extranei ĩ tempus mortis collata valet. h.d. Et habet hæc.l. principalr duas lec.vna,vt tp̃s mortis intelligatur appositũ in persona hr̃dis, & hæc ponit̃ in prin.gl. & intelligit̃, cũ moriet̃.i. erit in articulo mortis,alia est,vt tp̃s mortis intelligat̃ appositũ in p̃sonã tertij, & nõ hr̃dis,& hæc ponit̃ circa fi.& fuit Azo.Contra primã lec.opp. ꝙ sit truffatoria,& vitiosa:q̃a dũ hæres vult adire,nõ põt,q̃a ꝯdõ nondũ venit,nec post eius mortẽ,impossibilitate facti obstante, nec eius hr̃dis,quia hæreditas nõ adita non transmittit̃,& sic obstat impossibilitas iuris,vt ĩ.de cad.tol.l.j.§.finautem, & ĩ. de his qui ante apert.tab.l.j.sol.ꝙ hæc adiectio mortis hr̃ pro non apposita,vt in gl.q̃a in tp̃e dari põt hæreditas,& si detur,non vitiat̃, sed tp̃s subducit̃,vt ff.eo.l.hæreditas ex die, & qđ dicis non tñ habet tp̃s,sed ẽt ꝯditionẽ illã,si moreret̃.Resp.gl.ꝙ hæc ꝯditio est oĩno euẽtura,& sic hr̃ institutio ꝓ pura, vt ff.de no.l.si pupillus.§. q sub ꝯdõne.ista lect.est in se vera,sed non visa bene huic literæ applaudere.Ideo do.Azo intellexit,ꝙ hic tp̃s mortis fuerit appositũ in ꝑsona tertij,vt in ij.lect.puta instituit titium hæredẽ,cum sempronius moreretur,& institutio hæc dr̃ ꝯdõnalis,& suspensiua.Quia incertum est an hæres moriat̃ anteq̃ sempronius,vt l.heres meus. ff.de ꝯdi.& demon.Et præmoriens nihil transmittit,vt s̃.in l.post mortem.ĩ.de fideic.Et licet vtraq; vera, tñ hæc magis amica literæ,sed sciendum,ꝙ Pet.dixit,ꝙ vera,q̃n facta est institutio per dictionẽ cum. Cũ vero per dictionẽ si, hæc sc̃da puta Titiũ hæredẽ institu o,si sempronius moreret̃.Et dixit ipse, ꝙ tunc nullã suspẽsionẽ hẽt talis institutio,ar.l.si titio.§.j.ff.q̃n di.le.ce. & pro hoc facit,q̃a cũ condõ sit oĩno extitura,instõ dr̃ haberi pro pura, vt l. si pupillus.§.sub condõne.ff.de nou.Sed hoc dictũ Pet. reprobauit Bal.in l.quocunq;.§.non solum.ff.de cond.& dem. dicẽs ꝙ dictio si,& cũ,non differunt, q̃n alicui actui extrinseco. i. q tacite nõ inerat,apponunt̃,vt patet in d.§.nõ solũ, & est casus ĩ proposita mã, vt ff.de cond.& dem.l.quibus diebus.§.quidã Titio. Vbi clare patet,ꝙ ista verba,si titius moriet̃,cõditionẽ faciũt, & sic non ob. d. l.si titio,quia ibi adijcit actui,qui tacite inerat.Nec obst.d.l. si pupillus.§.j.quia ibi fuit apposita in persona ꝯ̃hentis, non tertij, vel
2 si tertij,dic aliud in ꝯ̃ctibus.†Quæro quid in legato,& distinguit gl.aut legat̃ alicui,cũ moriet̃ hæres,& est ꝯditionale,vt moriẽte legatario añ hæredem non transmittat,vt ff.de cond.& dem. l. hæres meus,& ff.q̃n di.le.ce.l.si cũ hr̃. Aut,cũ moriet̃ ipse legatarius, & isto casu valet statim,& transmittit,vt l.s̃.all. Subiungit gl.ꝙ fallit in libertate relicta,cum moriet̃ hæres,quæ pro pura hr̃, vt ff.de manu.test.l.libertas,& in vsufructu,vt ff.de vsufr.l.titio. Sed caue quia d.ll.hic alle.probant prima facie ꝯ̃, & ideo Doc.reprehendũt gl.& allegant aliam pro ꝯ̃ria isti in l.qđ sponsæ.s̃.de dona.añ nup. Tu dic,ꝙ si legat̃ titio libertas vel vsufructus,cũ moriet̃ ipse titius tunc legatũ est derisorium,vt ll.s̃.alleg. & ita gl.d.l.ꝙ sponsæ, nec ob. qđ dixi de institutione hæredis in prima lect. ibi tp̃s submouet̃,quia aliud in substitutione, q̃ in legato, cum quis non possit decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus,vt ff.eod.l. hæreditas, quod non contingit in legato. Si autẽ titio legat̃ libertas vel vsufruct.cum moriet̃ hæres, vel q̃dã tertius,tunc loquitur ista gl.quæ an sit vera,non insisto, nec video, ꝙ benẽ probetur lege, nisi,ꝙ leges in ea allegatæ possunt induci hoc modo, quia si derisorium est legatum cum apponitur tp̃s mortis in persona legatarij,vt ibi,nõ debet dici derisorium cum apponitur in persona hæredis,argu.l.cum prætor.ff.de iud.licet non debeat dici derisoriũ, non propterea debet dici purum, cum aliquo casu possit habere
3 locum. †Expeditis gl.venio ad lecturam. Et op. ꝙ tp̃s mortis appositũ in persona tertij non faciat institutionem conditionalem, q̃a tp̃s dr̃ remoueri,vt ff.eo.l.hæreditas.Sol.ꝙ illud verũ,q̃n tp̃s est certum, hic vero q̃n est incertum, uel ibi in persona instituti hæredis,hic extranei.Itẽ op.de l.nemo potest,de leg.j.Ibi tp̃e non finitur obligatio hæredis.Solu.ibi de tp̃e extincto. i. ad finiendum oblationem apposito,hic de tp̃e annunciatiuo ad inchoandũ seu
4 principiandũ instõnem apposito:quo casu dic vt s̃.Quæro modo aliqua circa mãm,& primo,si testator dicat,instituo titiũ per decẽ
a annos,& vltra nolo,ꝙ sit hæres,an valet institutio? dic ꝙ valet,[a] sed prohibitio vitiat̃,arg.l.nemo,de le.j.& eius quod proxime dixi.Itẽ ꝙ sicut testator non põt in instõne hæredum prohibere ius accrescendi,q̃n non est datus cohæres iure,vt ff.eo.l. si ita quis heres excepto fundo,ita nec in tp̃e,ff.de mili.test.l.miles ita in prin.
5 ver.& ꝙ.†Quæro ij.testator instituit sempronium per decem an-
b nos,& titium post decem ann.an valeat[b] Gui.de Cu.dixit, ꝙ sic, & primum desinere,& alium post decem annos incipere, q̃a tũc pro parte tp̃is nõ reperit̃ decedere intestatus, quod Bart.non placuit,an primus per aditionẽ insolidũ sit heres,vnde postea ei non põt a pagano directo substitui,vt s̃.de testa.l.in testõ,& ff.de vul. & pup.l.centurio.Vnde dixi, ꝙ ambo pariter sunt hæredes, cum nec ad tp̃s,nec ex tp̃e det̃,& in p̃sona cuiuslibet supplet̃, & tp̃s in vtroque subducit̃, sed Bal.dicit,ꝙ voluntas defuncti debet seruari plusq̃ fieri põt,iõ dicit trahi ad fideicõmissum,vt l.sceuola.ff.ad Treb.l.ex facto.in prin.& l.qui filium. in eo.ti. sed præcedentem teneo, vt magis conformem iuri,quia,& ẽt directius,& æqualius
6 voluntas defuncti seruat̃,si bene ponderetur.† Quæro tertio, testator instituit vxorẽ hæredem donec vixerit, & post eius mortẽ
c pauperes Christi,[c] an post eius mortẽ pauperes ueniunt iure directo,uel fideicõmissi. Dic iure fideicõmissi,q̃a paganus non substituit directo, sed obliquat̃ ẽt ad pias cãs,ut d.l.Sceuola, & cadẽ l. Cẽturio,ff.de uulg.& pup.coniuncto c.si pater,de testa.lib.6.Nõ obstat quod in præcedenti quæstione dixi, quia ibi tp̃s est certũ, hic incertum. Quæro quarto, testõr dixit. Vxori meæ relinquo
d vsumfructum bonorum meorum,[d] & post eius mortem fratrem meum instituo hæredem,quis interim erit hæres?dic ꝙ nullus, ut patet ex positione casus in hac l.cum tempus mortis sit in p̃sona tertij,& possibile est fratrem testatoris mori ante uxorem, & sic nec ipse,nec eius hæredes haberent hæreditatem, ut superius est dictum.Sed tunc dubitari potest,quomodo petet usumfructum, cum non sit hæres,a quo petere possit?dic,ꝙ potest a seipso,cũ bonorum possessio uacet,ar.eorum quæ no.s̃.de leg.l.non dubium, & ff.de leg.2.l.titia testõ.§.j.potest etiam iudicis officium implorare,ar.ff.de pe.hær.l.hæreditas.in fin.& de ann.lega. l. quintus.§.j. Quæro.5.si non dixit,relinquo eam usufructuariam,sed dixit, instituo earn heredem in usufructu bonorum meorum,& post eius mortem instituo Gaium? dico ꝙ interim ipsa est hæres nedum in
e usufruc.sed etiam in proprietate,[e] per l. si ita quis heres excepto fundo,ff.eo.&ĩstitutio facta de Gaio obliquabit̃,ut dixi ĩ 3.q. &c.

ADDITIONES.

a ¶Dic ꝙ valet, Cum hac opi.Sal.transit Bal.l.si quis ita hæres institutus fuerit excepto fundo,ff.de hær.insti.licet Bar.contrarium teneat in l.hæreditas. ff.eo.& cum Bal.transit Pau.de Cast.in l.3.C.de testam.mili.de quo per eum etiam consil.ccij. vbi consuluit de eo qui vxorem in uita sua tantum instituit nullo alio hærede instituto,& vide do.Fran.de Are.qui transit cum prædictis cõtra Bar.

b ¶An ualet.Bal.hic,nu.2.ver.itẽ quæro testator,&c.format hanc quęstionem de qua uide melius quam per alium per Io.de Imo.l.hæreditas ex die.ff.eo. tit.

c Et post eius mortem pauperes Christi.Adde de ista quæstione vltra Bald.hic nu. 3.versi.vlterius quæro.Bar.in l.j.ff.eo.& in l.pater Tusculanis,ff.de leg. 2. Bal.in l.certi,ĩ.de fideicom.libert.& Pet.de Ancha.in consi.suis,& Io.Anto. qui tenet opin.Barto.

d ¶Bonorum meorum.Adde Franc.de Are. hic, qui dicit, ꝙ ista l.inducitur ad fi.q. hic per Bal.vtrum, si testator reliquit vxorem suam dominam, & usufructuariam,& post mortem illius instituit aliquem hæredem, vitietur legatum usufructus, quia usufructus non debetur nisi ab adita hæreditate,uide ibi per eum.

e ¶Sed etiam in proprietate, sed quid si relicta domina,& usufructuaria oium bonorum mobilium & immobilium, an habeat potestatem eligendi dominium uel usufruc.& quando,uide per Soc.consi.ccx.inci.satis anceps fuit in prin.seq. usque ad fin.in 2.parte,char.85.sed quid si testator dixit,ꝙ sit domina, & vsufructuaria omnium,& singulorum bonorum suorum,&c. donec caste, & honeste uixerit,& in domo eius testatoris una cum filijs sui habitare uoluerit,& uitam uidualem,& castam seruauerit, an per mortem filiorum expirauerit, si post eos nepotes ex fratre sint substituti.Et ibi quid important illa uerba, donec,&c.uide per præfa.Soc.consi.lxix.incip.Ioa.magistri Francisci,uer. circa primum, cum uersi.seq.usque ad fi.cum seq.consi.incip.uiso elegantissimo consi.per totum.in j.parte.char.cxxj.

LEX X.

Neque. Qui non capit per se non capit etiam per alium,& potissime per seruum eius heredem institutum. h.d.Opp.ff.de ędi.edict.l.cum autem.§.fi.solu.ut in glo. Oppo.ad idem de l.si seruus eius.ff.de acquir.her.Solutio.ibi non capit per alium, sed seruus ipse ante aditionem liber factus, sibi capit. Oppo.de l.si mihi,& tibi,§.regula,ff.eodem. Solu. quòd ibi est casus econtra,ex quo gl.facit ad aliam regulam, ut quòd quis capit per se,& per eius seruum,fallit de lega.ij.l. debitor,§.fi.& ff.de ser.leg. l.& si maxime.

LEX XI.

1 *Institutio animo compensandi facta institutum priuat petitione debiti.*

Extraneum. Ignotus potest heres institui, hoc dicit. †Nota, supra si compensandi. institutio facta animo compensandi excludit institutum a petitione debiti,hoc dicit.& dic,quòd uxor instituit maritum in dimidia, unde maritus partem debiti a cohęrede petere non potest. Super tex. ibi,seueritatis,quę uult aditionem hęreditatis pro rata,& confunditur actio creditorum.Oppo. ꝙ utrunque petere possit, & nulla fiat compensatio.ff.ad l.Falcid. l. quod de bonis. §. cum de fideicommisso.glos.non solu.sed dic,quòd ibi non fuit institutus animo compensandi,hic sic. Distingue tamen latius secundum Dy. quia aut constat,quòd testator uoluit compensare,& fit compensatio,ut supra de rei uxo.l. prima. §. sciendum, aut est debitor ratione iuris seu contractę obligationis,aut ratione legalis dispositionis.Primo casu non creditur compensare,ut ff.de lega.2.l. creditorem,& l.Lucius.Secundo casu creditur compensare,ut ff.de bon.liber.l.etiam,§.si debita, & ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem.§.si pater filiam. Et est ratio, quia ex quo non fuit sponte obligatus,pręsumitur quòd lex illam necessitatem a se,& eius hęrede uoluerit remouere.Quod facit ad quæstionem,ut maritus, qui lucratus dimidiam dotem ex forma statuti pręmoriente uxore, sine liberis sit institutus in dimidia ab uxore premoriente sine liberis,ultra petere non possit,& ita tenuit Iacob.de Aret. Et pro hoc bene facit auth.præterea, supra unde uir,& uxo.& de hoc ibi latius scripsi. Et istam partem tenui,quicquid Baldus.ibi senserit.

LEX

LEX XII.

Haereditatis. Ciuitates possunt hæredes institui,& eis legari,& fideicommitti. h.d. Not. quod vniuersitas potest hęres institui.circa quod vide quod dixi s̃.de sac.san.eccle.l.j.

LEX XIII.

1 *Institutus in re certa an sit loco legatarii habendus,an vero sit hæres vniuersalis.& nu.sequen.*
9 *Institutus in re certa an possit hæreditatem habere instituto vniuersaliter illam repudiante.& nu.10.*
11 *Institutus in re certa ius accrescendi non habet vniuersaliter instituto adeunte.*
12 *Institutus in re certa an admittatur vt hęres vniuersalis instituto tempore testamenti mortuo.*
13 *Extraneus an possit hæres vniuersalis instituti filio in re certa minus legitima instituto.*
14 *Extraneus in re certa institutus,& iussus esse contentus, an nullo alio vniuersaliter instituto hęres vniuersalis sit censendus.*
15 *Pater dicens,filio relinquo partem suam, an intelligatur iure institutionis.*

Quoties. Primo ponitur vnum dictum concernens personas hæredum vniuersalium. secundo remouet dudium circa personas hæredum rerum singularium.Secunda ibi,nec subtilius. Primo ponitur thematis repetitio mixta cũ decidendi ratione præambula. Secundo tacitæ quæstionis decisio.Tertio dubij remotio.secunda ibi,eos.tertia ibi,neque.Casus
1 †Institutus in re certa habetur loco legatarij, vniuersaliter instituto hæreditatem adeũte.h.d. Pone casum in terminis.Quidam sunt hæredes instituti in re certa, puta vel fundo vel in certis rebus,& iussi vt his sint contenti, alij sunt instituti in re certa, vel quota, vel hæredes vniuersales sunt instituti, mortuo testatore, & a quolibet ipsorum agnita sua institutione.dubitatur contra quos creditores hæreditarij suas actiones dirigere debeant, & econtra qui eorum possint experiri actionibus hæreditarijs? Respon.Imperator, prius themate repetito, quòd instituti in re certa habentur loco legatariorum.Instituti vero simpliciter,vel in quota,habentur pro vniuersalibus hæredibus, & pro tanto actiones dirigi debent contra vniuersales hæredes non contra singulares,& econtra ipsi mouent actiones contra debitores hæreditarios.Instat quærens,an occasione actionum contra vniuersales hæredes motarum possit minui portio vel instõ hæredum rerum singularium ?& respondetur quòd non . Notabilia habes in summario . Op.quòd institutus in re certa non habeatur loco legatarij, quia si haberetur loco legatarij, sufficeret quòd filius suam legitimam vel rem certam haberet titulo legati , quod tamen est falsum,quia debet hodie illam habere iure institutionis & non legati vt olim , & in Auth.vt cum de app.eo.§.aliud quoque.& §.quæ cęterum. & in auth.nouissima.s̃.de inoffi.test.gl.j. hic contraria format , sed non soluit, tamen in l.si quis priore.ff. ad tre.sol.dicens, quòd loco legatarij habetur vt hic, sed non in odium excludendæ querelæ,quia quantum ad illam habetur loco hæredis,vt sic posit dici institutus,& habere titulum honora-
2 biliorem legato.& ita suppler ibi Dy. & hic Ia.Bu. †Op.ij.quòd quo ad actiones & cætera alia habetur loco vniuersalis heredis, vt ff.de hære,insti.l.j.§.si ex fundo.& l.quoties.§.si duo. & l.ex facto.in prin.Sol.vt in glo.fi.& primam sol.reproba. vt in ea.& secundam approba,vt in ea, videlicet quòd ibi alius non erat vniuersaliter institutus,hic sic.Tertia solu.in d.l.ex facto.quod loco legatarij habetur quo ad actiones vt hic, cum vere est hæres vt ibi.tene præcedentem. & de ista tertia.ĩ. dicam in quæstionibus
3 †Op.iij.ab extra, quod institutus in re certa,sit vniuersalis hæres, & institutus in quota,vel simpliciter,sit fideicommissarius,vt ff. ad trebel.l.si quis priore.& Inst.qui.mo.testa.infir.§.sed &si quis. Sol.ibi fuerunt duo testamenta, in quorum vltimo solum fuit quis institutus in re certa. Ideo totum ipse habet, sed restituere tenetur instituto in priori testamento,propter voluntatem testa-
4 toris primum testamentum in secundo confirmantis. † Opp.iiij. quod institutus in re certa, alio sine parte instituto, non habeat loco legatarij,sed ambo æqualiter sunt hæredes, vt ff.de mil.testa.l.si certarum.So.quod alias est ibi litera,certarum, & tunc cõcordat.alias cęterarum,& tunc dic non omnium, sed mobilium tantum . & sic idem est dicere, quod certum. & sic non obst.sed
5 concordat.†Oppo.v.quod institutus in re certa nullo vniuersaliter instituto,non habetur loco vniuersalis hæredis, vt ff.de mi. test.l.si miles ex fundo.Solu.quidam quod speciale ibi in milite, qui potest decedere pro parte intestatus, quod non potest paganus,vt ff.de reg.iur.l.ius nostrum. quod intelligo,quando cõstat, quod in residuo voluit decedere intestatus, alias si non constat, nec aliter ex verbis apparet, totum iure institutionis haberet, si solus,vel vnicus esset,quia testamentum, quod potest valere secundum ius commune, non diiudicatur secundum ius speciale.
6 vt s̃.de testamen.milit. l.quanq̃. & l.in testamento.in fin. †Concludo ergo prædicta sic,aut testator decesit pluribus testamentis relictis,& dic vt in l.si quis priore.ff.ad treb.& Inst.q. mo.test. infir.§.sed & si quis.Aut vno tantum,& tunc, aut vnum tantum hæredem in re certa instituit,& trahitur ad omnia bona,vt ff.eo. l.j.§.si ex fundo.cum si.etiam si sit miles, vt d.l.si certarum.nisi cõstat de mente eius contraria, vt d.l.si miles ex fundo . Aut plures hæredes instituit,& tunc aut quemlibet ex certis rebus, & tunc omnes æqualiter admittuntur,tanquam viriliter instituti,& in illis rebus habentur vt prælegatarij, vt ff.e.l.quoties.§.si duo. & d. l.si certarum.in princi . Secus esset, si ex disparibus quotis , quia tunc non venirent in viriles,sed secundum illas quotas essent hęredes,vt l.quanq̃.s̃.de re mi.& ff.eo.l.si alterius.Aut vnus est in re certa institutus,alius simpliciter,vel in quota,& tunc alio adeunte,institutus in re certa habetur loco legatarij, vt hic.hæres vero est in re illa quantum ad exclusionem querelæ, vt in Auth.vt cũ de appel.cog.§.aliud quoque capitulum.& §.cæterum. alio vero non adeunte,quid iuris sit.ĩ.subijciam . Nunc ad declarationem prædictorum,quod dixi , quod vniuersaliter instituto adeunte,
7 institutus in re certa habetur loco legatarij, †quæro j.an dici possit,quod vere sit hæres?& fuit opinio Iaco.But.quod sic.quod gl. ponit in l. ex facto. la.ii. in princi.ff.eod . Sed fuit approbata ex ead.l.ij.in princi.ff.eo.sed fuit reprobata ex eo,quia hæres vniuersalis ab eo retrahit falcidiam, vt s̃.fami.erc.l.quoties. & d.l.ex facto,ver.& si forte.ff.ad l.fal.l.in singulis. sed hæredi non detrahitur falcidia,sed ipsam detrahit,ergo &c. Confirmatur,quod duo non possunt esse hæredes insolidum,sicut nec domini, vt l.vt certo domino.§.si duobus vehiculum.ff. commo.& l.cum hęredes. ff.de acquiren. pos. Alii, vt Mar.sic distinxerunt filium testatoris ab extraneo, vt filius vere sit hæres, sed extraneus non potest hoc ex eo,quia filius habet quartam,& hodie habet trientẽ eius quod habiturus fuisset abintestato, vt l.sancim⁹. §.repletionem. s̃.de inoffi.test.& in auth. nouissima.in eod.titu. Item,quia de eius quarta nulla detrahitur falcidia, vt in eod.titu.l.quoniam nouella.& ff.eod.titu.l.pompo.§. quarta. sed quota bonorum facit quem hæredem, vt l.non amplius.§.fi.de leg.ij.ergo &c. Sed secundum istos non est hæres,nec vere legatarius, vt hic , quid ergo erit.s. Iaco . Butr . Sed dicit Bar.quod est quoddam medium, quia participat cum vtroque, sicut participium cum nomine, & verbo,participat enim cum legato, quia falcidiam patitur, vt d.l. ex facto.item quia actiones in eum non transeunt vt hic. Cum hęrede participat,querelam excludit, vt d.§.aliud quoque capitu-
8 lum.& quia habet ius accrescendi, vt ff.e.l.j.§.si ex fundo. †Hoc, quod sit quoddam medium, sequor. Sed quomodo nuncupabitur? Respon.institutus in re certa , non autem simpliciter debet hæres dici.& loquor vniuersali adeunte, vt in casu huius l. simile vides, quod publicum simpliciter prolatum olim intelligebatur de re publica,hodie de fiscali, vt ff.de verbo .signifi.l.eum qui vectigal.Sed quando de re publica alicuius ciuitatis loquimur, tũc cum adiuncto & limitate profertur, vt respublica ciuitatis Bono.& hæc no.in Auth.de hære.& fal. in prin. & per doc. in l.
9 fi.s̃.de sac.san.eccl.† Quæro iiij.si vniuersaliter institutus repudiauit hæreditatem, an institutus in re certa totam habere poterit? Guil.de Cug.dixit, ꝙ non, quia portio accrescit portioni , non rei, vt ff.de leg.hære.l.si ex pluribus. & s̃. quando non pe. par.l.j. Sed ad l.j.§.si ex fundo.ff.eod. Respõdebat, quod ibi nullus alius fuerat vniuersaliter institutus. Mar. vero de syl.dixit , quod in fi-
a lio locus erat iuri accrescendi[a], vt ff.de bo.pos.l. sed cum patrono.sed istorum alter venit titulo vniuersali, alter ti.singulari, ergo ad l.j.§.si ex fundo. ff.e. Respondebat , quod ibi nullus alius fuerat vniuersaliter institutus.Mar. vero de Sy.dixit, quod in filio locus erat iuri accrescendi,non in extraneo.& hoc ex eo , quia filius habet quotam,non extraneus. Hanc opi.sequitur Bald.q̃a si in extraneo locus esset iuri accrescendi , sequi potest valde absurdum,vt plus consequatur is quem testator minus habere voluit,& sic is quem minus dilexit, vel cui minorem dilectionem ostendit , quam is cui ampliorem ostendit, quia plus ei reliquit. Et in hoc exemplo testator filium suum vniuersalem hæredem instituit,& matri suæ vel vxori legauit mille.ecclesiam parochialem instituit hæredem in x.solidis, repudiat filius , vel testatore viuente decedit,absurdum est dicere, quod totam hæreditatem habeat ecclesia,quæ absurditas cessaret filio , tũ propter filiationẽ per quam ei luctuosa patris hæreditas debetur,tum quia eius quota,licet sit bonorum , cum similitudinem aliquam habet cũ quota hæreditatis, & in habentibus symbolum facilior est transitus,vt ff.de pac.l.si vnus.§.quod in specie. Confirmat ipse in extraneo,q̃a testator instituendo extraneum in re certa, & alium faciendo vniuersalẽ hæredẽ propter limitationẽ quam fecit de re certa,satis videtur prohibere ius accrescendi,quod potest , vt ff.eod.l.quoties.§.si duo.quod non creditur facere in persona filij,vel saltẽ in eo non est manifesta voluntas defuncti.& subiungit,ꝙ verba ista sunt tabellionis,nõ testatoris . Quia attende, nã a verbis testi nõ possumus recedere in casu dubij,vt l.non aliter. de le.iij.vnde a testatore pręsumitur sic prolata , vt sunt scripta.

Tunc

ADDITIO.

a ¶Locus erat iuri accrescendi.tu dic de hoc vt per Gulie. de Cug.in l.quoties. nume.iij.& ibi in apostil.ad eum in uersic.qui eodem iure succedunt.infra eo. & plenissime quod notat Bart.in l.re coniũcti.nu.xxiij.& in apostil.inter omnino disiunctos.ff.de lega.iij.

Tunc sic, si in extraneo est locus iuri accrescendi, ergo & in filio, cum eadem sit ratio, videlicet ne pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus. Item quia si nemine vniuersaliter instituto, in re certa institutus habet totum iure accrescendi, vt d.§.si ex fundo. Idem, si alius vniuersaliter institutus repudiet, quia paria sunt alium institutum vniuersaliter non fecisse, vel fecisse & repudiasse. vt infra de cad.tol.l.j.§.cum autem. in vlt.col. & legata relicta, nec eorum quantitas in hoc non consideratur, nec lege cauetur. Item, quia non est verisimile, principem sine aliqua rationabili causa disposuisse, vt filius hodie debeat habere suam legitimam iure institutionis. & falsum est dicere hoc inuentum ad exclusionem querelæ, quia etiam prius quoquo relictum titulo excludebat a querela. vt s.de inoffi.testa.l.omnino.& l.sancimus §.repletionem.& auth.nouissima.nec est bonum dicere propter honorabiliorem titulum, si titulus est, commodum non deberet asserre.vt.j.eo.de le.l.j.in fin. Solu. ergo fuit propter commodum iuris accrescendi, & sic non ob.ratio Guli. sed sileant etiam rationes Bald. nam his suppositis apparet, quod in eius exemplo nulla sequitur absurditas, quia verum est dicere, quod filio vniuersali adeunte testator plus dilexit matrem vel vxorem, quam dilexit ecclesiam. Sed filia repudiante plus dilexit ecclesiam, quã matrem, quia hæreditatem voluit peruenire ad ecclesiam, & nõ ad matrem. & quod colligitur ex natura institutionis, quam fecit de ecclesia, & non de matre, sciens vel scire debens instituto in re certa totum deberi vniuersali hærede non adeunte. Et quod Bal. dicit, testator hoc non dixit, sed tabellio sic scripsit. sed est diuinare, quod oportet primo hoc constare, & tabellio tunc in crimen falsi incideret, vt s.titu.j.l.iubemus.in fine. Non ob. etiam quod ipse dicit, quod testator potest prohibere ius accrescendi, quia hanc opi. non teneo in hæreditate, vt j.dicam. Sed etiam supposito, quod ita sit, non dicitur in casu isto, quando vniuersalis hæres non adit, prohibere, imo ex significato institutionis dr̃ permittere, vt superius demõstraui. Preterea adhuc reqrit̃ voluntas defuncti manifestissima, vt d.l.quoties.§.si duo.in fi.qd̃ nõ est
10 ĩ themate nostro, imo dubia, ergo &c. Cõcludo † ex pmissis, q vñi hr̃de non adeunte institutus in re certa, qui adit totũ habebit, siue sit filius, siue extraneus. nec est tam accretio, quam delatio ex tacita voluntate defuncti, qui propter adiectionem illius ti.institutionis videtur voluisse vniuersaliter instituto repudiante illũ totum habere, nec ante illius aditionem habetur institutus in re certa loco legatarij, sed hoc est in suspẽso, donec vniuersaliter institutus adeat vel repudiet, sic & alias ff.de mil.test.l. si miles ti
11 tio.& de leg.j.l.si sic.§.fin. † Et ex prædictis infero ad multa. & primum est, quod vniuersaliter instituto adeunte, institutus in re certa non habet ius accrescendi, nec beneficium diui Adriani, illo vero repudiante, vel omittente sic. Item vniuersali adeunte, quia institutus in re certa habetur loco legatarij, transmitteret vt legatarius agnitionem huius rei, vt j.de ca.tol.l.j.§.cum igitur.& §.in nouissimo: & eodem casu si filius esset ille, qui in re certa fuisset institutus, dico ipsum non haberi loco sui hæredis, cum oppositorum ratio non permittat, quia suus esse non potest, qui loco legatarij habetur. Item, quia suitas vendicat sibi locum in vniuersali herede qui creditoribus tenetur, non in particulari re instituto, quia eis non tenetur, vt hic. Item habes, quod in eodẽ casu rupto testamento per querelam res istæ, vt cætera legata, debentur per auth.ex causa.j.de li.præte. similiter isto in re certa instituto adeunte, testamentum non potest amplius deficere, sicut vno ex vniuersalibus adeũte, vt ff.de ma.test.l.si legato suo.§.fi.& l.si ex testamento. Sed pone vniuersaliter institutum repudiasse, in re certa scriptũ agnouisse, an totum transmittat? Dic, aut agnouit alius post illius repudiationem, & totum non transmittit, aut ante illius repudiationem, & tunc quia agnitio est restricta ad rẽ illam, tunc dicit Bart. quod rem illam transmittit, sed non ius accrescendi sine noua agnatione fienda per eius hæredem, sed ego puto accrescere ipso iure sine noua agnitione, sæpius alleg.§.si ex fundo, per nota.& quæ ibi scripsi.s. quando non pe.par.l.prima. Sed magis potest dubitari, supposito quod vniuersalis repudiasset, & postea institutus in re certa nulla agnitione facta obijsset, an transmitteret vt in extraneo? dico q non, nisi fuisset j.tempus deliberandi, vt de iur. delibe.l.cum antiquioribus. In filio vero testatoris, qui in eius fuit potestate, est dubium an transmittat vt suus. & dico quod sic, quia perinde est, ac si a princ. fuisset institutus vniuersalis hæres, vt patet ex superius dictis. Et hæc, supposita illa opinione pro vera, quod sui transmittant ad quemcũque, quam sic simpliciter non teneo, vt dixi in l.apud hostes.j.
12 de suis & legitimis. † Quæro modo quarto, si vniuersaliter institutus erat mortuus tempore testamenti, an tunc institutus in re certa admittetur vt hæres vniuersalis? & videtur quod non, argu. ff.eod.l. quo loco. §.j. sed tene contrarium per l. idem est. ff. de mil. testa. Non ob.l.quo loco. quia ad alium effectum loquitur, puta coniunctionis: & quia eius portio debetur coniuncto, non
13 magis facit pro, quam contra. † Quæro v. si pater extraneum hæredem instituit vniuersalem, filio iure institutionis minus legiti-
a ma reliquit, & vltra petere prohibuit[a], an teneat testamentum? dic quod sic, sed agit filius ad supplementum, vt in Auth. vt cum de ap.co.§.cæterum. Ibi casus.col.ix.& est atrio, quia grauamen quo plus petere prohibetur, subducitur, vt l.quoniam in prioribus.supra.de inofficio.testa. Et sic non tam hoc procedit de iure Authenti. sed etiam de iure. C. Quæro vj. si testator non habẽs liberos, extraneum institutum in certa iussit esse tacitum & contentum, vel amplius non petere, nullo alio hærede simpliciter, vel in quota hærede instituto, an tunc ille vt vniuersalis hæres totum habere poterit? dicit Barto. quod non, & refert Iacob. de Are. hoc tenuisse. & dicit esse casum ff. eod. l. quoties.§.si duo. dum ibi dicit, si non voluntas &c. Secundo probat ex eo, quia testator potest prohibere inter institutos ius accrescendi, vt ff. de vsufru.l. dominus. secundum vnam lect.& ff.de iniu.te.l. si ego. ergo &c. si decedat intestatus. Nec ob. regula. ius nostrum. quia in casu isto causa intestati trahit ad se causam testati. & sic in toto decedat intestatus, sed in re certa petet illam a venientibus abintestato, vt l.peto.in princip.de legatis ij. Non ob. secundum.ff. eod.l. si quis instituatur.in vlti.charta.quia ibi dicitur, quod ibi non apparet de manifesta testatoris voluntate. Sed contra istam determinationem facit primo d.l.si ita quis. nam cum omnis exceptio repugnet regulæ in casu excepto, vt ff.de reg.iur.l.fin. & de fund.instru.l. quæsitum.§.idem quæsijt. & not. gloss. in l.his. ff.de legi. sequitur quod ibi manifeste apparet, quod testator voluit quod hæres institutus non haberet fundum exceptuatum. Secundo, quia speciale est in milite. vbi constat de eius voluntate, vt in alijs bonis dicatur intestatus decedere, vt ff.de mil.test.l.si miles vnum ex fundo.& dixi in v. oppo. ergo in pagano in contrarium est ius commune. & pro hoc bene facit ff.de vulga.& pupil.l.sed si plures.§.ad substitutos. Tertio pro ista parte est hic gloss. ad nostrum tex. relata, nam hic iussus erat esse contentus certis rebus; quia alius est, & dicit glo. quod pro legatario habetur, quia alius est vniuersaliter institutus, alias pro vniuersali hærede haberetur. & idem no. aliam glo. in l.quoties, famil. ercisc. Hoc etiam probatur in glo.ff.eod.l.hoc articulo quisque. coniuncta cum tex.illo, & omnium prædictorum ratio est, quia ius nostrum non patitur &c. vt ff.de re.iur.l.ius nostrum.& ff.eod.l.j.§.si ex fundo.& non potest testator facere, quin leges prohibitiuæ locum habeant in suo testamento, vt supra de testi.l. & si non speciali.& de lega. primo. l. nemo. Quarto quod non cauetur lege, quod causa intestati trahat ad se causam testati, sed eius oppositum sic, ergo &c. vt l.illam. supra de collatio. Quinto, quod non potest testator per talem prohibitionem vel iussum facere, quominus prohibitus petat vel a iure dispositum, vt in Authenti. vt cum de appella.cog.§. cæterum. nec dicas ibi speciale in filio, quia non speciale vt petat, sed vt postea sibi retineat, in casu nostro non retinebit, vt infra dicam. Non ob. l. dominus.ff. de vsu. quia in legatis loquitur, in quibus si non fiat accessio, non propterea defunctus decedit intestatus. nec etiam l.si ego. ff.de iniu.test. quæ in hæreditate loquitur, quia ibi prohibet in prouidendo substituto qui secundo loco dicitur institutus, vt supra eod.l.cum proponas.& sic ibi ex hoc non decedit intestatus, sed ex alia causa sic, quia filius a gradu substitutorum erat præteritus. Item hic remanet scriptus hæres in re certa, quam habere debet eo iure quo scriptus est, puta ibi ab initio de toto fuit testatus. Item non ob.d.§.si duo. ex quo fundamentum faciunt, quod illud ibi in fi.de voluntate testatoris dicitur, ad partium inequalitatem duntaxat refertur, vt sic non æqualiter, vti prædixerat, sed inequaliter intelligantur hæredes, si de testatoris processerint voluntate, quæ manifeste appareat. nec clausula in fine posita, ad omnia est referenda, vbi resultaret iuri contrarius intellectus, sed ad ea tantum, ad quæ potest sine absurdo intellectu, vt ff.de iuris.om.iudi.l. si idem cum eodem. in fin.& ibi glossa. Et si dicas, ergo sequitur absurdum, quod iste institutus in re certa iussus esse contentus & amplius non petere, omnia habebit contra voluntatem testantis, & contra l. nostram. supra de test.& supra eodem, l.cum proponas. Respondeo primo, quod dicere possum, quod imputandum est testatori qui non expressit, cuius contemplatione hanc prohibitionem fecerit, vt alias dicitur in l.filiusfami.§. diui. de lega. j. Et hanc responsionem confirmat gloss. ad hec notanda, signata super verbo gratia, in l.peto.ver, idem dicemus.de leg.ii. Sed quia illa glo. communiter reprobatur ex eo, quod in casu nostro verba grauamen & onus inducunt ei ad quem diriguntur, & in d.§.diui. verba alienationis prohibitiua fauorem concernũt eius ad quẽ diriguntur nisi appareat de persona cuius fauore sunt prolata. Ideo ij. respon. quod veniẽtes ab intestato, quibus testator videt̃ illa relinquere, de eis aliter non disponendo, sed intestatus in eis decedere malendo, argumento l.si quis cum nullum. ff. de iur.codicil. illa iure fideicommissi possunt petere sibi restitui.& pro hac

ADDITIO.

a ¶Vltra petere prohibuit. Tu uide de hoc quæsito Barto.in l.fideicommissa.§.si quis ita in fi.versi.quid si testator.&ibi in apo.ad ipsum.in uer.ad declarationem regule.& in apo.prece.ff.de lega.iij. nota. Bald.in l. si adulta.numero.ij. ner.sed nunquid per hec uerba.C.de her.act.

pro hac rñsione facit d.l. peto.in ij. rñso. Ibi, neminem nominauit. sed ex psumptione colligit, q cohæredum gratia sic dixerit, quos in testõ honorauit, & de hoc est tex.ſm lec.glo.fami.ercis.l. quoties. prout ibi gl.super ver.falcidiæ. dicit illã l.in trebellianica posse intelligi, ad cuius declarationem vide quod ibi dixi. Tunc vij. iuxta proximã decisionẽ quæro, supposito q venientes abintestato illud residuum iure fideicõmissi possint petere, an si res illæ certæ, in quibus est ille scriptus, non ascendunt ad quartã trebellianicã, poterit ipse retinere supplementũ? & vr̃ q sic, vt in sisi ad propositũ dixit tex. Insti.q.mo.test.infir.§.sed si qs.priore.ver. imperatores. Sed in ɔ̃riũ vr̃, qa p illa verba, iubens te tacitũ & cõtentũ &c. vr̃ hoc supplementũ phibere, qd̃ non fecit in d.§.sed & si qs. Sed quia istud est incidere in qõnẽ, an testator hodie possit trebellianicã prohibere, remitto ad ea quæ dicam. j.ad l.fal.auth,
a sed cum testator.ibi gl.ponit. Quæro 8.ad declarationem[a] huius tex. pone testatorem instituisse titium hæredem in dimidia, gaiũ in alia dimidia, & subiungit, Gaie volo q pro tua dimidia sis ɔtẽtus, tali fundo, an tunc gaius in illo fundo habebit loco legatarii, & titius solus erit hæres vniuersalis? & vr̃ q hic sit casus communi. cta gl.2. q sic dũ dicit tex. pro sua instõne iussi sunt. In ɔ̃riũ est veritas, qa vterq; erit hæres vñis, sed gaius partẽ suã restituere tenet̃ titio, vt d.l. peto.in ij.rñso.de lege.ii. Non ob. iste tex. qd̃ intelligo nulla de eo facta mentione in alia institutione. Quæro ix. testõr instituit Titiũ in fundo, seium vero in dimidia hr̃ditatis, an alia dimidia accrescat seio tm̃, an & titio? & vr̃ q vtriq;, arguendo de toto ad partẽ, & de simplici ad respectiuũ, vt l. quæ de tota, ff.de rei ven. cũ si.ibi no. Sed ĩ psona titii de nulla parte esset alii puisum, vt sæpius alle.§.si ex fundo. ergo ibi de parte tm̃ alteri sit prouisũ, & de parte alia fiat ei accretio p rata. Contrariũ puto verũ p istũ tex. nõ aliter intelligendo vel supplẽdo illũ, q̃ litera sonat, & ẽt qa portio accrescit portioni, & nõ rei, vbi portionẽ reperit: vt ff. de suis & leg.l.si ex plurib. Et qa institutus in re certa alio adeũte hr̃ loco legatarii. Itẽ qa ibi de hæreditate factæ fuissent duæ portiones, in quarũ altera viuẽs, & altera mortuus fuisset hr̃s institutus, pars mortui, q̃ est p nõ scipta, dẽtur alteri ĩ quota instituto, & nõ instituto in re certa, vt ff.e.l. quo loco. nõ ob. ratio alleg. in oppositũ, qa hic nõ est eadẽ ratio partis ad totũ pp aliũ in quota institu-
15 tũ. † Quæro x. si pater in testõ suo dixerit, Relinquo legitimã vel partẽ suã filio meo, an intelligat̃ iure instõnis? & dicit Bald. q sic, ex quo verbum Relinquo adiicitur quote, secus si certæ rei, quia tũc iure institutionis nõ intelligitur, vt in §.aliud quoq;. in Auth. vt cũ de appel.cog.& q qñ adiicitur, quare intelligat̃ iure institutionis, inducit l.humanitatis. ibi, legitima relicta. j. tit. 2. Et confirmat, qa verbũ relinquo est gñale ad oẽm titulũ, vt l.gñali.s.de sac. san.ec. igit̃ simpliciter platũ dẽt intelligi in specie illius tit. in qua magis saluat̃ intentio defuncti, vt res potius valeat q̃ pereat. arg.l. quoties.ff.de rebus dub. Item quia verba directa ad personas dñt adaptari & intellige ſm qualitates illarum personarum. arg. ff.de testa.mili.l.qui iure militari. Item quia vulgares homines illiterati nesciunt istam iuris solemnitatem, nec vulgari sermone profer
b re nisi verbum relinquo.[b] Et hanc opi. dicit foueri æquitate. Sed ego tenui contrarium in auth. nouissima.s.de inoffic.testa.& ita confirmo per rationes ibi positas. nec õb.l.humanitatis, quia illa sunt verba legis non hominis: puta ſm iura ista loquitur, quorũ tempore titulus institutionis non requirebatur, vnde nihil faciat ad propositum. Item genus prolatum, ex quo certe speciei expressio est necessaria, nunquam refertur nisi ad illam speciem q̃ deprehendit in materia rudi verborum, & maxime ab imperitis prolatorum. & ipse dicit, q sic ratio illa potius facit contra eum, & tanto fortius, quanto non minus bene sciunt vulgares dicere, ego facio filium meum hæredem in legitima. Sileat igitur æquitas ista bursalis, non legalis. & hæc sufficiant de hac l. olim per me repetita nunc recensita. Sali.

ADDITIONES.

a ¶An intelligatur iure institutionis. tu vide omnino de hoc quæsito Bal. in auth. vnde si parens.nu.4.ver.facit ad quæstionem, & quod ibi posui remissiue, & plene in apostil. ad eum in ver. pro sua falcidia, supra de inof. testa. no. Bart. consi. clj. incip. Marsilius, & in Philip. Cor. consi. 293. incip. ante omnia, in litera N. volumine j.

b ¶Nisi per verbum relinquo. Adde an hoc verbum importet hæredis institutionem, & dic vt dixi in apostil. ad istum.in l.fi. nu.6.in apostil.in versi.intelligatur institutus.sup.fami.ercis.

LEX XIIII.

1 *Testatoris dispositio, qua aliquẽ tertiæ personæ hæredem instituit, an valeat.*
2 *Error proprij nominis est intolerabilis.*
3 *Testator dicens. Sempronius Plotij hæres esto, an videatur. Plotium instituere. nu. seq.*
5 *Frater an possit fratrem a patre exhæredatum hæredem instituere.*

Cum in libris.[c] Primo thema, ex quo tacita elicitur quæstio, secundo eius decisio. tertio opin. antiquorum. quarto antiquorum reprobatio, quatuor principales sol. distinguendo. Secunda ibi, veteres. Tertia ibi, sed huiusmodi. Quarta ibi, sed si qui
2 dem. Casus. † Si testator quem esse hæredem tertiæ personæ disponit, valet dispositio, si testator illius tertiæ persone hæres fuerit, vel illum hæredem sibi instituerit, non alias. h.d. Expone literam ibi, quidam puta titius, non autem vocabatur plotius. ibi hæres esto subaudi, q quæritur an valeat hæc institutio? & respondebant antiqui q sic, quasi titius errauerit in nomine suo, & putauerit se vocari plocium, vt sequitur, quod reprobat, & rationem annectit, & postea respondendo quæstioni distinguit, Aut testator fuit hæres plotii, & valet, quia videtur instituere sibi, & eo mediante, plotio, iuxta regulam &c. Aut non fuit hæres plocii, & tũc si plocium sibi scripserat hæredem, tunc videtur plocium substituere sempronio vulgariter. Aut neutrum eorum fuit, tunc talis institutio est nulla, quia sibi non dicitur instituere, cum nõ sit ve-
2 risimile in suo nomine quenquam errasse. † Not. ex ver. seu huiusmodi, & ex fine, quod non est verisimile quem in proprio nomi
d ne errasse.[d] ac etiam, quod error proprii nominis non est tolerabilis, quia stultum quem reddit, & stulti non possunt testari & q nemo præsumitur stultus sine coniectura per quam præsumitur stultus. Nec obst. sup.de testa. l. si in nomine. vbi error nominis toleratur, quia alieni, non proprii, vt hic. Item ibi constat de corpore, hic secus. Vel secundum Bald. aut si concederemus errorem, supponeremus testatorem fatuum, q tunc vitiat, vt hic. Aut
e fatuus non vitiat, vt ibi no. regula, quæ est, quòd hæres[e] hæredis, testatoris est hæres. concor. sunt in gl. Sed in oppositum faciunt, quia nomen hæredis intelligitur de principali, non de secundario, vt ff.de vulga.& pup.l.qui liberis, §.hæc verba. Solu. ibi de intentione & affectione testantis constabat, quæ ad certum hæredem erat directa, hic vero secus. Not. vulgarem fieri verbis affir-
f matiuis,[f] vt hic in ver.nisi prius, & ff.eo.l. titius, & ff.de vulga.& pupilla. l. si pater impuberes. sed communis & regularis modus per verba negatiua, vt j.titu.2.l.quamuis, & Insti.de pupilla.sub. §.quam rem. Sed vt dicit hæc litera, ista affirmatiua perinde est, ac si facta fuisset per verba negatiua, & sic æquiualet illam. Not. 4. ex continentia uerborum colligitur ordo institutionis & substitutionis. nec huic ob. infra de leg.l.cum questio.§.sed & aliam. Ibi, secundo loco nominatus datus, quia hic prius instituto datus est hæres, ideo dixit, plotij hæres esto. ibi sibiipsi testanti hæredem fecit. uel secundo nominatim simpliciter hæredem insti-
3 tuit, vnde intelligatur sibi instituisse, & non alii. † Not. v. quòd per ista verba, sempronius plotii heres esto, non dicitur testator plotium hæredem instituere. contra quod facit, quia qui vult cõsequens uidetur uelle & antecedens per quod ad illud peruenire potest, ut ff.de procur.l.ad rem mobilem. & l. ad legatum.& ff. de acquiren.hered.l.illud. & sic cum testator uelit prouideri sempronio, & non possit, nisi prouideat plocio eum hæredem instituendo, sequitur q plocium instituere uidetur. Solu. quòd illud procedit, ubi antecedens est de ordine formali ad consequens, q non est hic. uel illud procedit, ubi consequens est de se ualidum. Et si antecedens includitur, non ubi est de se ualidum, quia in eo tunc nihil potest includi. Vel 3. est, quando antecedens non requirit eius expressionem & specificationem, hic uero requirit, quia nullus est heres nisi quem testator expræsserit, ut s. de test.l. iubemus. Sed iuxta hæc quæro, quid si plocius esset legitimus testatori, an tunc ista institutio, sempronius plocii heres esto, esset nulla? dico q non, sed plocio ab intestato non uolente hæreditatem, sempronius ex substitutione interpretata, de qua hic, ueniret ad hereditatem, ut ff.de here. insti. l.si quis ita heres. in penul.
4 char. † No. 6. q plocio herede scripto per ista uerba, sempronius plocii heres esto testator uidetur substituere directo, & tenet substitutio. Contra quod facit, ut non directa, sed fideicommissaria dici debet, ut ff. ad trebel. l.ex facto.in prin.& l.qui filium.in prin.
Solu.

ADDITIONES.

c ¶Cum in libris. ad materiã huius l. vide per Ro.in facto consulentem.consi.178.

d ¶In proprio nomine errasse, & hac occasione error in proprio nomine loquentis, vel eius filii, nocet ita singulariter limitat contrarium regu. Bar. Soc. in suo tract. fallen. regu. 119.

e ¶Quòd hæres hæredis. Adde Bal. hic, qui dicit, q si testator mandauit hæredi sub pœna, q faciat monumentum, & hæres decessit hæreditate non adita, tñ per ius deliberandi transmisit illã hæreditatem ad heredem suum, iuxta l.cum antiquioribus, j.de iure delib. q iste heres heredis non incidit in penam, alle. l.multa, in prin.ff.de cond.& de. dicit esse notabile, de quo clarius per Bar. consi. 114. incip. Andreas martini concludit testm̃, & quod procedat libellus de quo hic per Bar.& Fran.de Are.hic & voluit Ang.consi.246. Et an appellatione hæredis veniat hæres hæredis, vltra posita in l.gallus, §.etiam apparente Old.consi. 21. Ang.consi.185. Pe.de anch.consi.122.& quot modis in iure nomen hæredis ponatur, vide Soc.consi.259.inci.materia pñtis consultationis, ver.2. hanc conclusionem in 2.par.char.136. item adde q proprietate sermonis verbum hæredis quemlibet hæredem includit, vt per præfatum Soc.consi.257.visis inuestituris romanorũ, vers.aliqñ & quarto, ibi ex quibus in proposito. in d.parte cha. 156. Et ibi ẽt habes, q appellatione hæredum, vbi materia non est transitoria ad hæredes extraneos, sed tm̃ ad filios, veniunt tm̃ filii, & an idẽ sit de successoribus & descendentibus, in d.consi. & verb. ibi materia cũ ver. seq.& vide eũ in d. consi. 359. q appellatione hæredis venit id quod uenit appellatione successoris, & econtra, in dubio in uersi.3. confirmatur nam, & consi.240. incip. in causa bononiensi. ver. ista conclusi. in dicta parte char. 139.

f ¶Verbis affirmatiuis. sed quid, an per noĩa collectiua, si omnes, uel si vtique censeatur facta vltimo decedenti per Soc.consi. 49. incip. materia præsentis consultationis, uer.2. principaliter moueor, in 2.par. char. 135. Et quid si testator dicat, instituo mihi heredem fratrem meum, & adiiciat, q si is moriatur, instituo mihi hæredes eius filios, uide Bal. consi. 151. j.lib.

Sol.hic dirigit uerba ad substitutũ,ibi ad hrdẽ scriptũ.Itẽ ibi uer
ba ꝓlata erant oneris collatiua,hic secus. Itẽ per ea prohibeť hæ
res scriptus testari,& sic erant directa in ipsius aditione hrditatis
& sic tp̄s in quo vulgaris expirasset ĩ.ti.ij.l.post aditam, hic uero
in tp̄s quo vulgaris locum habere põt,iõ ſm illã interp̃tanť.Quæ
ro,an hæc substitutio vulgaris debeat dici expressa,uel tacita?pu
to ꝙ dẽt dici expressa,qa ex uerbis,& eorũ sensu colligiť, ut hic
patet,sed non specificata.ar.eorum quæ dixi in l.in testõ,s̃.de te-
5 sta.mil.& dicam ĩ.ti.2.l.precib.† Quæro,si pr̃ vnũ filium exhære-
dauit merenter,alium instituit,mortuo pr̃e & adita hæreditate, ĩ
stitutus fratrẽ sibi fecit hrdem,an tunc erit hæres primi testõris?
vr̃ ꝙ non ꝑꝑ repugnantiã,sed tene ꝯriũ per l.qui in aliena, §. in-
terdum,ff.de acq.hær.& qa est hæres vt qlibet extraneus, nec est
repugnantia,quia dr̃ heres ex dispositione pr̃is.Quæro in casu,si
testõr tp̄e quo fecerat testm̃. non erat hæres plotij,sed fuit post-
ea,an tunc ualebit substitutio?ur̃ dicendum ꝙ non, quia a prin-
cipio ista uerba nullius fuerunt momenti,& nullius intellectus,
ut hic,nec ista hæreditas plotii habet aliquem retro actum, & sic
habet locum regula quæ ab initio,de reg.iu.lib.6.

De insti.& substi.sub conditione factis. Tit.XXV.

1 *Conditio quotuplex, & cuius naturæ, & nu.2.*

Dictũ est de institutionib. puris,& de ꝑsonis instituendis,nũc
de institutionib.tam direstis q̃ obliquis,& iõ hic annectit,seu re-
1 stitutionib.†Et præmitto,ꝙ conditionum alia expssa, alia taci-
a ta.expressa proprie ꝯdõ fit per si,[a] & alias dictiones æquipollen-
tes,vt ff.e.l.quib.dieb.§.quidam Titio,& ff.quãdo di.le.ce.l.si Ti
tio,in princ.& in illis habes de dictone Cũ.Nam illa non differt
a dictione Cũ,qñ adijciť alicui actiui extrinseco,qui tacite.nõine
rat,vt dixi s̃.e.l.extraneum Tacita ꝯdõ dictiones illas non reqrit,
sed intelligunť qñq; ex natura rei legatæ,vt qñ leganť fructus fu
turi,vt ff.eo.lj.in fi.& ff.de uer.ob.l.interdum, qñq; ex dispositio
ne testõris,vt cũ testõr dicit,lego Titio Stychum. Et hoc operať
relatiuũ adiectum uerbo futuri tp̄is,vt ibi,& hę tacitę non impe
diunt transmissionem,vt ff.e.l.cõditiones extrinsecus, nisi aliud
constet de testatoris voluntate,ut in eo.ti.l.in cõditionib. §. hæc
scriptura.&ex his infero,ꝙ dictio cum,non facit conditionem ta
b citam,sed expressam,[b]ideo transmissionem impedit,vt ff.e.l.hæ
res meus,& l.quib.dieb.§.quidam Titio.Alia diuisio conditionũ
est,quia alia potestatiua,alia casualis,alia mixta,de quib.in l.suus
quoque,& l.seq.& se.ff.de hære.insti.& ĩ.e.l.si pater,& de eis ibi
2 dicã.†Itẽ sciendum,ꝙ natura conditionum est suspendere, ideo
fiunt per verba futuri temporis seu futurum concernentia.sinau
tem per uerba præsentis temporis,uel præteriti, proprie non est
conditio,quia non suspendit,ut l.cum ad præsens, & l.itaque.ff.
si cer.pe.& l.Mæuia,ff.de hæredi.insti.

ADDITIONES.

a Fit per si.Vide gl.in l.mater ita.in gl.& in apo.in uer.facit conditione,ff.de test.
tu.Bar.in l. quodcunque, §.non solum, nũ.1.in uers. non facit conditionem,
ff.de uer.ob.Bar.no.in l.cum mota,nu.3.& in apos.in uer.per se.ĩ.e. & Collec.
in c.1.nu.1.& apo.in uer.ponit conditionem extra de condi.appo.

b ¶Sed expressam.Adde Bal.hic,& in l.ex his uerbis,ĩ.qñ di.le.ce.ubi plene, l.cui,
de leg.2. Bar. in l.si quis a filio,& dic ibi,ꝙ.qñq; dictio,cum,facit tempus,& l.
fideicommis.de fideicom.li.glo.& Doc.in l.si decem,de uer.obl. Rapha.& Io.
de Por.in l.si ita,§.illi,de le.1.& Bar.in l.1.de le.2.

LEX PRIMA.

1 *Conditio est implenda, antequam dispositio suum habeat effectum.*
2 *Conditio habetur pro defecta, quando stetit per casum nulla precedente mora, & num.seq.*
6 *Legatum pro sepultura an debeatur si legans excommunicatus moriatur.*
7 *Legatum sub cõditione factum, an debeatur si per legatarium non stetit, quo minus conditio impleretur.*

CVm auum. Cõditio mixta depẽdẽs ex facto
tertij & instituti dẽt impleri,vel
ex facto illius tertij cõpleti, vt institutus possit adire,
h.d.Et primo thematis repetitio,ex quo tacita elicitur
1 qõ.scdo eius alternatiua solutio.secunda ibi,non prius.† No. ꝙ
ꝯdõ dẽt impleri,priusquã dispositio possit effectũ sortiri . Item,
ꝙ hæc parificantur, ꝯdõnem impletam esse, vel per eũ stetisse in
cuius persona debet impleri.Tertio,qa matrimonium nõ neces-
sitať,ad quod sub spe lucri quis inuitatur.concor.l.Titio centum
§.j.de condi.& demõ.Et sic non obstat,ꝙ matrimonia dñt esse li
bera a pœna,vt l.a Titia,ff.de ver.obl. Quia si implere non velit,
nulla pęna ei indiciť, sed spes lucri, quo ad necessarium inuitaba
tur,ei non defertur,vt hic,& d.§.j.Opp.ab extra,ꝙ testamentum
non valeat,quia hæc neptis in contrarium conditionis euẽtum
nõ est exhæredata,ꝙ est necesse,vt ĩ.eo.l.si pater So.ibi in sua, &
sic in eo qui est in potestate, hic in nepte quæ nõ est in potestate
aui materni,cuius ẽt præteritio pro exhæredatione habetur,vt s̃.
de inoffi.testa.l.mater.in fin.& l.filiã.Opp.ij.ab extra, ꝙ hrdita-
tẽ neptis non possit adire,cũ extraordinario auxilio,& non ordi
nario ei sub ueniať, vt ĩ. eo.l.proxima.gl.ibi format hoc contra-
rium.vnde dic,vt ibi dicam.Op.3.cum gl.licet non stet per horio
ratũ,non propterea conditio habeť pro impleta s̃.de condi.inser.
l.legatum. Sol.d uobus modis,vt in princ.glo. & ambæ solutio-
nes diuinãt. Ideo sol.vt in fi. totius glo. videlicet ꝙ ibi stetit per
casum.Et sic per reũ naturam,hic per eius in cuius persona non
debet impleri.Op.4.ꝯ istam solutionem de l.quæ sub condõne,
§.quoties,ff.de condi.institu.Sol.vt sequiť in eadẽ gl.in ver.tu di-
stingue,videlicet ꝙ hic in d.l.legatum.ꝯdõ ista nuptiarum consi-
stit in facto eius cui relinquitur tm̃,& nõ alterius, quo casu si stat
per casum consequiť legatum.Op.v.ꝙ imo nec isto casu cõsequa
tur legatum,vt ff.de condi.& dem.l.pe. Sol. ꝙ prædicta sint vera
qñ legatarius ante casum moram non commiserat, secus si ante
casum moram commiserat,quia tunc nihil consequitur,vt in cõ
2 trario.Sed hoc vult gl.vsq; ad ver.sed si deficit.Opp. vj.ꝙ ubi ste
tit per casum nulla mora præcedente, conditio habeatur pro de-
fecta,non autem pro impleta,vt ff.ad le.Aquil.l.inde Neratius,§.
idem Iulianus, solut.ꝙ prædicta vera, quando mors & sic casus
contingit fato, seu naturaliter, vbi vero accidentaliter, quia fa-
cto tertii seruus occisus est, quo casu legatarius actionem hẽt ꝯ
3 occidentem,& conditio pro defecta habetur.† Opp.7.ꝙ quãdo
ab alio occiditur,conditio pro defecta non habetur, vt ff.de con
di.& demon.l.Titius Gl.hoc contrarium dimittit insolutum.sed
solue,aut ille tertius iure eum occidit,quia merentem. Et tunc,
quia legataris est destitutus omni auxilio contra occidentem,cõ
ditio habetur pro impleta.Aut iniuste occidit,& tunc habent lo-
cum dicta in præcedenti.Opp.8.ꝙ etiam si iniuste occidit, condi
tio non habetur pro defecta,sed pro impleta,vt ff.de condi.& de
mon.l.Titio,§.fi.& ff.de eo per quem fac.est l.fi. Sol.vt sequitur
in eadem gl.in ver.sinautem soluendo, ꝙ prædicta locum hẽnt,
qñ iniuste occidens reperitur dives,& soluendo, ita ꝙ potest sa-
tisfacere hæredi uel legatario. contrarium vero, quando reperiť
inops, & non soluendo, nec potest imputari hæredi vel legata-
rio mora in exigendo ab eo.Ex prædictis,hoc modo distinguen-
do primum membrum, qñ conditio cõsistit in facto eius tm̃ cui
relinquitur, & conditio deficit,an hæres hæreditatem,vel legata-
rius legatum,consequi possit. Dic, aut stetit per casum,aut per
tertium,aut per implere debentem,si per casum consequi debet
legatum,vt ff.de condi.insti.l.quæ sub conditione, §.quoties,&
in eodem ꝯrio,si prius fuerit in mora,vt ff.de condi. & demon.l.
pe.§.j.& in quinto contrario.Si uero per tertium,tunc aut ille oc
cidit merentem,& habetur pro impleta,vt l.si Titius ff.de condi.
& demon.& in 7.contrario.Aut occidit immerentem,& tũc aut
ille est soluendo qui occidit,& habetur pro defecta,vt ff.ad l.Aq.
l.inde Neratius,§.idem Iulianus,& in 6.contrario. Aut non sol-
uendo,& hr̃ pro impleta,vt ff.de conci.& demon.l.Titio,§.fin.&
ar.ff.de eo per quem fac.est l.fi.nisi mora in exigẽdo possit ei im-
4 putari,vt in septimo contrario. Si uero stetit per implere deben-
tem,nihil consequitur,vt hic.†Op. nunc,& ix. de directo contra
istam l.& contra sol.datam ad l.legatum,de condi.inser.Et oppo
nitur,ꝙ.qñ conditio consistit in facto legatarii, & alterius tertij,
si stetit per casum, nõ propterea expirat legatum, vt l.si fundũ ꝑ
fideicommissum, §.Iulianus,de legat.primo sol.ibi fuit relictum
sub modo, quo casu dic latius,vt dicam infra.de his quæ sub mo
do,l.j.hęc sub ꝯdõne,quo casu stat sol.prędicta,vt expiret legatũ.
Op.ad idẽ de l.annua,ff.de ann.le.So.vt sequitur, in gl. ꝙ ibi spe
ciale fauore alimentorũ. Vel dic melius, ꝙ ibi conditio,vel lega-
ta erant apposita in fauorem honorati,l. legatarij.secus si fauore
illius tertij,vt l.Sæio amico,in eo.ti.& in d.l.legatum,ĩ.de cond.
incer.Op.xi.ad idem de l.vt ex fratrib.ff.eo.Sol. vt sequitur in gl.
ꝙ prædicta locum habent,qñ stetit per casum,ibi vero per factũ
alterius. Vel dic melius,ꝙ ibi propter coniecturatam defuncti vo
luntatem,qui bene sciebat,ꝙ utrique nubere non poterat, vnde
ibi in omne euentum sunt instituti.licet in euentum nuptiarum
emolumenia sunt distincta. Op.12.quod si stetit per implere de-
bentem,nihilominus consequatur legatum, vt ff.de condi.& de
mon.l.cum ita,& ĩ.eo.l.reprehendenda,solu.ꝙ in eis honeste nu
bere non potuit,ideo conditio reijcitur vt turpis,hic honeste nu
bere potuit, ideo conditio valida subsistit, & est expedita tota
5 glossa. † Concludo tamen prædicta.videlicet quando conditio
c consistit in facto tertij, [a] & eius cui relinquitur. Aut conditio
imple-

ADDITIO.

a ¶In facto tertii,adde ꝙ ad hoc facit, quod consuluit Ro.cons.409.quod si testa
tor mandat hæredi vt emat domum intra annum pro construendo hospitali
sub pœna priuationis hæreditatis,ꝙ episcopo non consentiente non incurrit
pœnam,alleg.l.si titius,ff.de condi.& demon.subdens tñ ꝙ si episcopus ĩ alio
loco pro se electo concedere uelit facultatem hospitalis constituendi,cogun
tur hæredes hoc facere,quia cum uoluntas testatoris impleri non potest, ꝑ-
ut vult,debet impleri prout potest,ut d.l.in testamento,alle.in tex.ff.de con-
di.& de.& meliorem tex.ad propositum in Auth.de eccle.ti. §.si quis ędifica
tionem,& ita dicit tenere Bal.in l.j.inf.de his quæ pœnę no.qui Bal.subdit,qđ
dicto casu hæres non construendo non incidit in pœnam priuationis hæredi
tatis,ut ex testamento,eo quia cum dispositio testatoris commutatur in aliũ
modum,quam ab eo expressum propter aliquam causam, non intelligitur ea
commutata uel alterata dispositionis pœna adiecta repetita per casum, sim.
in l.multa testamento,& hoc idem no.Bar.in d.l.in testamento,sed quid an cõ
ditio apposita per testatorem, pone si communicauit,cum adiectione pœnæ
intelligatur si interpellatus,& in mora communicandi fuerit, uide no.per So
cin.consilio clxxiii.incipien.pro facto ni fallor,circa princ. cum uersi. sequẽ
in 2.parte char.44.

impletur,& nulla qõ,quia legatum debeť.vt hic.Aut non imple
tur,& tunc,aut stetit per factum honorati, & sic implere deben-
tis,& hr̃ pro defecta,vt hic,ff.de cond.& de.l.in testõ.in fi.Aut cõ
tingentem in persona eius in cuius persona debet impleri,& tũc
aut conditio erat apposita fauore illius tertii,& ꝑ ꝯñs legatũ eius
contemplatur.licet consecutiue intelligať factum,& tunc hr̃ pro
defecta,& non pro impleta.vt ĩ.de condi.inser.l.legatum.& ff.de
an.lega.l.Seio amico.ẽt si sit legatum alimentorum, vt s̃.dixi.qc.
quid dicit gl. Aut conditio legato erat apposita fauore honorati,
& hoc constat, & tunc hr̃ pro impleta, & legatum peti potest,vt
l.annua.in princip.ff.de an.leg. Aut dubitatur, cuius fauore eorũ
ꝯditio sit apposita, tunc dicit Dy.in c.imputari. de reg.iu.lib.6.
quod præsumitur fauore honorati.Odo.vero dixit,ꝙ hoc intelli
giť ex quãtitate facti, & personarũ,qđ mihi vr̃ verius.Sed vbi ex
his colligi non possit.sequor opi.Cy.vt latius dicam ĩ.de leg.j.&
hoc in relictis sub conditione. In relictis vero sub modo dicam
ĩ.de his, quę sub mo.l.j.Quæro an tp̄s implendi rationem.& de
l.ij.& l.hęc condi.& l.si iã facta.§.j. in e.tit.Quæro in casu huius l.
ista neptis est hæreditatem consecuta,qa per filium ancillę stetit,
a postea aũt ille pnĩa ductus [a] vult illam in uxorem,& ipsa nõ vult
eum,quæritur,an debeat hrditate priuari.Pet.dixit,ꝙ non.arg.ꝯ
de cond.inser.l.fi. quia sufficit, ꝙ ꝯdõ momẽto fuerit impleta,vt
6 ĩ.eo.l.si quis hrdem.† Quæro testõr reliquit fratribus prędicatori
bus centum pro sepultura sua,tandem ipse decessit excommuni-
catus,ita ꝙ sepeliri nõ potest in sacro loco, an fratribus debeať
legatum,cum hoc factũ sit per testõrem,non per hæredem. Dyn.
consuluit,ꝙ debeatur, ex quo ꝑ fratres non est factum, vt hic in-
7 ducit.ff.de adul.l.miles,§.fi.†Quæro,si alicui est aliquid relictũ,si
vicerit Titiũ in colluctatione, & nõ stetit per eũ, sed ꝑ Titiũ, qui
colluctare noluit,an legatũ teneať? Rñdet hic Bal.ꝙ non,quia na
tura huius conditionis requirit factum,non conatũ, vt nota.ff.de
ver.ob.l.in execu.§.fi.Sed attende,ꝙ illa gl.non est clara, sed glo.
claram habes,per quã vr̃ quid ei debeatur.ff.de præscrip. verb.l.si
gratuitã.§.fi.& hoc puto verius per hanc l. & similes.ac ẽt,qa vi-
ctus vr̃,qui nihil facere vult,& l.illud.§.minus.ff.de triti.Nec ob.
gl.in d.l.in executione, quia loquitur in sponsione negatiua, pu-
ta si me non viceris iaculando,quo casu licet mihi te impedire ne
me mittas plus te proijciendo. Et hoc vult dicere ista gl.non au-
tem nihil faciendo.vt in gl.d.l.gratuitam.Similiter dico,quod mi
hi non liceret te impedire facto extrinseco,ut quia prius debilita
ui sic te,ꝙ vincere non potuisti, vel propter debilitatem iaculare,
vel colluctare noluisti.argu. ff.de eo per quem factum est.l.j.§.j.

ADDITIO.

a ¶Pęnitentia ductus.Et sic no.ꝙ conditio habetur pro impleta.statim & uno mo
mento,qñ stat per eum,cui debet impleri, qñ impleatur,prout supra,& inf.in
hac l.Sal.ostendit,& est tex.in l.iure ciuili.& ibi Bar. ff.de cond. & de.& l.3.&
ibi Bar.in l.quæ sub cõd.§.quoties.ff.de cond.inst.& in l.uter.in fine,& ibi Bar.
eo.tit.& Bar.in l.Titii autem.§.si ea.de lega. ij.& per Bal.hic in 3.q.& per Alex.
cõsi.102.j.parte.l.iij.§.si.de cond.ob causam, quia eo inuito non potest impla
ri,sed habetur pro impleta. Bal.in d.l.si plures.ult. col.in prin.ver.sed nunquid
possit compelli.inf.de cond.inser.quod uerum,etiam si postea pęniteat eũ,qui
uoluit cond.impleri.ut petens eam impleri non audiatur, & sic hoc casu ulti-
ma mora non nocet,per Bal.hic in fin. & Ale.in l.si seruum.§.sequitur,de ver.
ob,itẽ ad materiam istam adde ẽt, ꝙ hr̃ pro impleta quo ad commodum eius
per quem stat l.in executione.in fi.de uer.ob.nisi cond.dependeat a uolunta-
te mera promittentis,l.cum ab eo.cum gl.de contrahen.emp. Ale.in l.si ita sti
pulatus.la 2.de uer.ob.&ibi etiam hoc limitat,& ibi uide in d.§.fi.

LEX II.

1 *Matrimonium inter consobrinas de iure ciuili est validum.*
2 *Conditio turpium nuptiarum a iure reprobatur.*

Conditioni. Vbi conditio est turpis,debet hr̃s institu
tus parere,als substitutus admittiť,& ipse
repellitur a successione.h.d.Et primo rñdet quærenti.Scdo tollit
rõnes,quas pro se inducebat.scda ibi.nec.n. Super tex.ibi (substi
1 tutio) dic vulgaris.Ibi (consobrino tuo.)† No.ꝙ inter consobri
nos de iure nr̃o tenebat matrimonium, & est ratio,quia ius ciui-
le non prohibuit mr̃imonium,nisi eatenus,quatenus lex Mosai-
ca,uidelicet usq; ad tertium gradum. Sed rõne maioris honesta-
tis ius canonicum ampliauit vsq; ad quintum.& secũdum ius ca-
nonicũ hæc lex non procederet.ibi,uiduitatẽ.Dicebat.n.hæc ne-
ptis honeste nubere non possum consobrino meo, quia turpes es
sent nuptię, nec alibi nubere possum,qa priuaret hrditate, & sic
uidua,uel in celibatu remanebo. Igitur hęc conditio tanq̃ indu-
cens uiduitatem, est mihi remittenda, ut ĩ. de indic.vi. quasi per
totũ,sed ĩperator istã rõnẽ tollit,qa iure nubere potuit. Ibi, (nec
auxilio extraordinario indiges.)dic,improprie ponitur,quia imo
indiget, sed non dr̃ ei dari, quia non paruit conditioni honestæ,
& possibili.Nam auxilium extraordinarium datur,qñ cõditio hr̃
a lege pro impleta,quia illa,in cuius facto consistit,uult illam im
2 plere,ut patet ex sequentibus in litera. † No.ꝙ conditio turpium
nuptiarum reiicitur a iure,& sic vitiatur,& non uitiat. Similiter
conditio uiduitatem inducens spernitur a lege,de quo dic hodie,
ut in auth. an relictũ.ĩ.de relic.uiduita. Opp.ꝙ testm̃ sit nullũ,qa
sub conditione non est exhæredata,ut ĩ.e.l.si pater. so. hic in ma
tre, quæ non habet in potestate,ibi in patre,qui in ꝯrium condi-
tionis euentum dr̃ filiã preterire. sed mater illam debet exhære da
re,ut l.fi.s̃.de inoffi.test.Opp.cum gl.fi.de l.Titia.ff.de uer. ob.gl.
non soluit.dic,ꝙ ibi pęna adijcitur nuptiis ꝯhendis,ideo non ua-
let;hic matrimonium adiicitur legato in modũ ꝯdõnis, & sic ad
inuitandum matrimonium erat ꝯditio adiecta,non ad necessitã-
dum,ut dicit tex.ff.de cond.& de. l.Titio centũ.§.j.Quæro,qñ ha
bet locum hoc auxilium extraordinarium? dicit gl.si stetisset per
consobrinũ.& alleg.s̃.eo.l.i.Et sic innuit glo. ꝙ s̃.l.j.subueniť ex-
tra ordinẽ. Sed hoc vr̃ falsum,quia tex.ibi dicit eã heredem exi-
stere,& sic de iure ciuili hoc compertum est. ut ff.de con.& dem.
l.de iure ciuili.Sed dic,ꝙ hic accipitur auxilium extraordinarium
non pro inofficioso, quia necessaria est aditio hæreditatis. Nec
pro septima bo. po.extraordinaria, quia illa est de iure prætorio,
& non habet locum in casu isto,ut dixi.Sed accipitur pro subuen
tione legis,& iuris ciuilis ei subuenientis, vt constat per aduersa-
rium, seu illum, in cuius ꝑsona debet impleri,perinde habeatur,
ac si impleta esset, ut adire possit, & hoc est extra ordinem inuen
tum,quia ꝯ regularem naturam, & conditionem quæ prius de-
bent impleri,quam ea,quæ de facto uitiant dispositionem.

LEX III.

1 *Conditio emancipationis per quamuis mortem patris verificatur.*

Si mater. Conditio emancipationis verificatur etiam ꝑ
mortem naturalẽ patris,uel eius deportatio-
1 nem.h.d.† No.ꝙ non refert,quid ex æquipollẽtibus fiat. Vel sic,
habito effectu,non curamus de modo. Item quod casus omissus
b habetur pro expresso.[b] & hoc,quia eadem qualitas, & omnimo-
da similitudo,de quo latius dixi.ĩ.de posth.hęre.insti.l.quidẽ.vi-
de gl.ultimam, quę opponit,& non soluit. Et ideo sol.contrariũ
de l.fin.ĩ.de his,qui ve.æta.ꝙ ibi loquens ad insolitum, & causa-
liter contingens non uidetur se referre,sed ad solitum & natura-
liter eueniens. Ideo ibi non sunt ęquipollẽtia. Ad l.sancimus.de
nup.dic,ꝙ nec ibi sunt æquipollentia,quia minus est in re, quam
in spe,ut ff.de regu.iur.l.minus.hæc enim sunt æquipollentia per
omnia,quo ad solutionem potestatis.

ADDITIO.

b ¶Casus omissus habetur pro expresso.Bal.no.hic nu.j.uer.item ꝙ casus.& ple-
ne in apostil.ad eum,de quo per Mod.in l.ab ea parte.§.insulam.ff.de uerb.ob.
& quod no.in l.2.supra,de his,qui ue.ætatis impet.

LEX IV.

1 *Conditionum in suas species diuisio.*
2 *Testamentum quando sit validum filio in potestate instituto herede.*
3 *Filius in potestate an, & quando possit sub conditione institui. & nu.seq.*
5 *Institutio facta de filio sub conditione an valeat, & nu.9.*
7 *Exhæredatio an possit fieri sub conditione. & nu.seq.*
10 *Filius sub conditione institutus, an possit hereditatem adire. & nu.seq.*
15 *Suus an transmittat ad heredem conditionis implementum.*

1 Si pater. † Præmitto pro euidentia,ꝙ cõditionum alia est
potestatiua, alia casualis,alia mixta depẽdens ab
utroq;.Potestatiua est,quæ depẽdet a potestate honorati.Et hæc
est duplex,quia alia potest impleri vltimo vitę spiritu,puta,Lego
fundum Titio,si decem dederit Caio.nam ultimo uitæ spiritu ip-
sius Titii decẽ possunt dari Caio,quia si non per eum, per quem-
cũque alium dari possunt. Alia est, quæ ultimo uitę spiritu imple
ri non potest,puta si consistat in faciendo,ut si ascenderit capito-
lium,ut ff.de hære.insti.l.finis. Vel si testm̃ fecerit, ut ff.de bo.lib.
l.si libertus sub conditione. §.existimo. Nam quia consistit in fa-
c cto non potest per alium impleri. Casualis[c] est illa, quæ dependet
a casu,& sic ab insidijs fortunæ, puta si Titius fuerit consul,vel si
nauis ex Asia venerit.cum si. Mixta est, quæ dependet tam a po-
testate honorati, q̃ a fortuna,puta, Lego tibi centum si iueris in
Alexandriam, uel in Ciprum.nam dependent a potestate tua,&
2 fortuna maris,& uię.†Item præmitto,ꝙ ad hoc,ꝙ testm̃ ualeat fi
lio in potestate hærede instituto, oportet, ꝙ filius omni tp̄e vitæ
suę reperiatur institutus vel exhæredatus, & nullo tempore vitæ
suæ præteritus.Nam si aliquo tempore uitæ suę reperitur præteri
tus testm̃ est eo iure nullum,vt ff.de iniu.rup.& irri.test.l.j. & l.fi.
His paucis sic ꝓmissis diuido legẽ,quia primo dictũ præmittit,se
cũdo ex illo quæsitũ decidit. secunda ibi,cum autem.Casus. Cõ-
ditio casualis mera, vel mixta institutioni factæ de filio ĩ ptãte ꝑ
patrem adiecta uitiat testm̃,nisi filius sit exhæredatus in eius de-
fectum.h.d.Pone casum in nube,ut litera iacet.uel si uis potes di
cere in casu, ꝙ heres fuit datus filio, & hic non ob.quę dicam in
x.ꝯrio.Notabilia collige.† Primo,quia si filius in potestate non
3 potest institui sub conditione.Item,ꝙ hic fit exhæredatio sub cõ
dõne.Itẽ filiũ sub ꝯdõne & nõ ptãtiua institutũ statim ab intestã
to adire posse,ut hic in fi.prout est litera ab intestato. Itẽ quarto,
ꝙ filius potest validare testm̃,quod poterat dici nullũ,& adire ex
testõ,ut hic in fi.coniunctis his,quę no.hic gl.fi.Venio ad appara
d tum.opp.primo, ꝙ filius sub cõditione institui possit,[d] vt ff.de
hær.inst.l.suus.in prin.& §.puto.& l.iã dubitari.Sol.ꝙ sub condi
tione

ADDITIONES.

c ¶ Casualis.Adde Soc.consi.44.inci.in præsenti consultatione.uersi.& in primis.
circa fi.in j.parte. char.84.quod conditio casualis qualitercunque deficiat,ha-
betur pro deserta, quia uidentur partes cõsiderasse solum cõditionis euentũ

d ¶ Filius sub conditione institui possit.Bar.hic in apost.ad Bal.in j.opposi.infert
post Io.de Imo.quod licet in statuto sub conditione posito, si non potest im-
pleri ultimo uitæ spiritu,non ualet,nisi esset facilis ad implendum.

tione casuali,vel mixta, non potest, ut hic, sed sub potestatiua,ut
d.§.& puto.cum ibi no.in gl.iij.Sol.ꝙ a potestate sic est ei diffici-
lis, quod quasi redditur impossibilis, & non potest, vt ibi, aut fa-
cilis,& tunc potest, ut d.l.suus.in prin.& sic nulla facta sit exhære
datio.Opp.iij.ꝙ nec valet institutio sub conditione potestatiua fa
cili,nisi in ꝯrium conditionis sit exhęredatus,quod probo.Pono
eum institutum sub conditione,si ascenderit capitolium, vltimo
uitæ spiritu impleri non potest,quia non per se,nec per alium.vt
ↄ.de cadu.tol.l.j.§.ne autem.Et sic aliquo tempore reperitur prę-
teritus,ita,ꝙ non exhæredatus,ergo testm̄ nullum, arg.huius l.
Solu.ꝙ nec in ista ptātiua est necessaria exhęredatio, vt d.l.suus.
& fateor,ꝙ vltimo uitę spiritu reperitur præteritus,sed de isto lex
non curauit,quia illud euenit propter eius factum.& sic sibi im-
putandum,arg.l.quod si quis.ff.de reg.iur.Et videtur quasi casus
ff.de bo.lib.l.si libertus sub conditione.§.existimo.† Op.4.quod
4 imo sub quacunque conditione filius institui possit,etiam, si nō
exhęredetur,vt ff.de bo.pos.secundum tab.l.ij.§.si sub conditio-
ne.solu.ꝙ lex nostra loquitur in filio in potestate, arg.l.ij.in filio
emancipato,in cuius persona nō est necessaria exhæredatio,quia
testamentum non poterat pręteritus dicere nullum,quod an ho-
die sit immutatum dependet ab his,quæ dicentur in auth.ex cau
2 sa.ↄ.de lib.prete.† Opp.v.ꝙ valeat institutio facta de filio in pote
state,etiam sub conditione non potestatiua,quia conditione re-
iecta habetur pro pure instituto.vt ff.de noua.l.si pupillus.§.qui
sub conditione.Solu.quod ibi in conditione omnino euentura,
& sic necessaria.hic in casuali,& sic contingenter euentura.Op.
6.contra istam solu.ꝙ etiam si conditio sit necessaria,non tamen
habeatur pro pura,ut l.extraneum,cum ibi no.ↄ.ti.j. Solu.quod
conditio necessaria est duplex. Quia alia est certa,an & quando,
puta si sol orietur cras,& ista habetur pro pura, vt in præcedenti
contrario.Alia est certa an,sed incerta quando,puta si Titius mo
rietur,quo casu non est pura,sed suspensiua, si apponatur in per-
sona tertii,non si in persona hæredis scripti, ut dixi in d.l.extra-
6 neum.† Concludo modo sic prædicta,aut quæritur in filio eman-
cipato,& ille olim, & secundum ista tempora poterat institui sub
quacunque conditione,vt ff.de bo.possess.secundum tabu.l.ij.§.si
sub conditione.hodie forsan est innouatum, vt dicam in auth.ex
causa.ↄ.de lib. pręt.Aut quæritur in filio in potestate, & tunc aut
institutus sub cōditione impossibili,& institutio est ipso iure nul
la,exhæredatione aliqua non attenta.vt ff.de condi. insti.l.filius.
aut fuit institutus sub conditione possibili, & tunc,aut illa est ne
cessaria,aut contingens. Si necessaria,& tunc aut est certa,an,&
quando, & habetur pro pure instituto, puta si sol orietur cras,vt
l.si pupillus.§.si sub cōditione.ff.de noua. Aut est certa an,sed nō
quando,ut conditio mortis, & tunc distingue.aut in persona filij
instituti,& habetur pro pura,aut tertij,& non habetur pro pura,
vt ↄ.ti.j.l.extraneum.ut ibi dixi.Si vero est contingens, & tunc aut
est potestatiua,aut casualis,aut mixta,Primo casu,aut ista potesta
tiua habet uim impossibilis,vel quasi, quia ualde difficilis,& tūc
de eo idem dicendum est,quod de casuali, vel mixta,vt ff.de hær.
inst.l.suus.vers. puto,& ibi gl.Aut talis potestatiua non est valde
difficilis,& tunc ualet institutio,etiam si nulla sit facta exhæreda
tio.Et est ratio clara, qa aut hæc institutio est apposita in eius ex
pressa uoluntate, puta instituit pater filium si uolet, & tunc ridi-
culum esset exhæredare eum si non uolet hæres esse.vt ff.de hær.
insti.l.iam dubitari. Aut hæc potestatiua non est apposita in eius
uoluntate, & tunc, si illa potest impleri ultimo uitæ spiritu, quia
consistit in dando,exhæredatio non est necessaria,quia donec cō
ditio institutionis potest locum habere,exhęredatio non est ne-
cessaria, & illa potest habere locum vsque ad ultimum uitę spiri-
tū inclusiue,& postea esset derisoria,ut d.l.suus, ergo patet,quod
non est necessaria. Si autem non potest impleri ultimo uitæ spiri
tu,puta si ascenderit capitolium, & adhuc nō est necessaria exhæ
redatio,ut d.l.suus,versicu.puto. & idem si sit hæc conditio,si te
stamentum fecerit,ut ff.de bo.libe.l. si libertus sub conditione.§.
existimo. quem casum tene cordi,quia ibi collige modū,per quē
pater potest cogere filium ad respondendum,nec dicitur ei tolli
liberum testandi arbitrium. Nec prædictis obst.quod his casibus
uideatur filius in ultimo momēto vitę præteritus, quia illud eue
nit propter eius factum,unde sibi imputet.Secundo casu,uideli-
cet quando conditio est casualis, tunc tenet institutio, si in con-
trarium conditionis euentum sit exheredatus, & non alias,ut d.
l.suus.in principio.& versi.puto.& hic in principio.Tertio casu,
quando est mixta,quia depēdens a potestate,& forma.& isto ca-
su Bul.gl.antiquius distinxit,aut stetit per filium, & sibi imputet;
aut per casum,& tunc admittitur, vt no.hic in versi.Bul.cum.sed
distinctio ista reprobatur per gloss.& bene,quia statim testamen-
tum est ipso iure nullum,vt hic, & d.§.puto. vnde expectare non
habemus casum,cuius nihil operatur euentus. ff.ad Vell.l.alium.
§.fin.Et hoc verum,nisi ista mixta haberet vim,& effectum pote
statiuę,vt d.§.puto,ibi dū dicit.& si a primo miliario. Et ideo no-
tanter tex.hic dixit. (& longe te agentem) & de iure antiquo &
de iure primęuo codicis.Sed hodie vertitur in dubium,an hodie
per l.quoniam in prioribus,supra, de inoffi. testam. quæ fuit vna
de quinquaginta decisionibus postea additis,fuit hæc innouata,
ut in legitima filio debita tollantur hæ conditiones. & tene hic
a gl.ꝙ sic [a] in fi.eius habes,& istam partem tenui in dicta lege quo
niam in prioribus,& in qualibet conditione istum passum exami
naui,vnde vide,quod ibi dixi,quia ex illis & hic dictis vnam lon-
gam repetitionem de lege ista potes facere. & intellige,quod tol
litur,quando in contrarium conditionis euentum nō exhæreda-
tur,alias,si exhæredaretur,illa l.locum non haberet,sed ista.Ho-
die vero si exhæredaretur, quia exhæredatio nulla esset,nisi vna
ex legitimis causis adiecta esset,vt dicam in 9.oppo.Sequitur,ꝙ
perinde esset,ac si exhæredatus non fuisset,ideo conditio illegiti
ma tolleretur,& supposito,quod tollatur in legitima filio debi-
ta,quærendum est, quid fiet de residuo.Et respōdeo.vt dicam in-
7 fra q.iij. †Reuertor ad glos.& oppo.vij.contra secundum notabi
le,quod exhæredatio non possit fieri sub conditione,ut ff.de lib.
& posthum.l.sed si perceperit.§.pure.Solu.quod exhæredatio de
bet esse pura, alias non teneret exhæredatio,ut in contrario, sed
vbi institutio sit conditionalis,tunc exhæredatio potest fieri sub
contraria conditione,vt hic,& d.l.suus. Opp.viij.ab extra ad idē,
quod exhæredatio non possit fieri vllo casu sub conditione,cum
ipsa debeat fieri certo testatoris iudicio.vt ff.de ven.in pos.mi.l.j.
§.sed si incertum. Sol.quod certum dicitur iudicium, quando fi-
lius institutus nullo casu vel tempore præteritus inuenitur, sicut
est quando in contrarium conditionis est exhæredat.Nam
conditione pendente.ideo dicitur præteritus, quia conditio exi-
stens trahitur retro ad tempus mortis,vt ff.de milit.te.l.quod dr̄.
Opp.ix.& ab extra,ꝙ hæc exhæredatio sub ꝯria conditione non
valeat ex causa exhæredandi,quia non est de emancipatis. in Au
then.ut cum de appel.cog.§.causas.solu.quod prędicta procedūt
tempore isto,sed de iure nouissimo confitendum est,quia exhæ-
redatio sub contraria conditione esset ipso iure nulla.Et sic habe-
tur pro non facto. & per consequens reperitur præteritus, & sic
posset testm̄ secundum ista tempora dicere nullum, hodie non,
si teneamus opi.quam tenui,ꝙ in debito bonorum subsidio tolla
tur omnis conditio, & remaneat in eo pura institutio. & sic hæc
lex in duobus est correcta. Sed caue,quia licet iusta non sit causa
exhæredandi, tamen taliter posset poni casus,ꝙ ista l.in hac parte
remanet incorrecta, si potius filium iustam causam exhęredatio-
nis commisisse in patrem. Et pater videns filium vltra mare abijs-
se dicat, filium meum hęredem instituo, si reuersus fuerit ad pa-
triam intra quinquennium, & si non fuerit reuersus intra dictū
tempus eum exhæredo,quia tale quid mihi fecit,quod sibi remit
tere nolo, nisi intra dictum tempus venerit, nam tunc reperitet
8 iusta causa exhæredatus.† Opp.x.ab extra,& multum fortiter,ꝙ
in casu huius legis exhæredatio fuerit ipso iure nulla,quia vnico
hærede instituto non potest ei a se ipso hæreditas auferri,vt ff.de
libe.& posthu.l.si ita.§.regula.& ff.de hære.insti.l.sed,& si condi
tioni.§.fin. Item exhæredatio facta in testamento non valet, nisi
adeatur hereditas ex illo. Casus est in l.filium.ff.de bono.possess.
contra tabu.sed in nostro casu non est adita,nec adiri potest,nisi
impleatur cōditio, & illa impleta frustra de exhæredatione quærit,
quia illa expirauit, ergo, &c. solu.ꝙ propter istorum euasionem
necesse habemus dicere,quod filius erat in parte institutus, & co
hęres sibi in alia parte datus, q hæreditatem adiuit. & ita no.hic
Cy.in iij.opp.Et forte idem esset,si substitutum habuisset, quia
exhæredatio inter duos gradus facta tenet,vt ff.de lib.& posth.l.
3.§.sed si inter.Sed adhuc repugnare videtur prima ratio supra fa
cta.sed responderi potest,quod hereditas proprie nō admittitur,
quia non pure data fuit,sed sub cōdōne,vnde proprius data nō
intelligitur,sed quia dicere,ꝙ hic habuit cohæredem,est aliquali-
ter diuinare,ideo cogitaui sic dici posse,ꝙ in casu isto iste non exhę
redatur a se ipso, quia tempore, quo cedit dies exhęredationis,
ipsius institutio euanuit,quia conditio eius deficit,sed exhæreda
ri dr̄ ab intestato,& alios in gradu sequentes admittit, Nam ca-
sus videtur,ꝙ in successionibus ab intestato quis possit iusta cau-
sa exhęredari.ↄ.de suis,& legi.l.si defunctus.licet gl.intelligat,ꝙ
secundum testamentum facit,quod est ibi diuinare. loquor ergo
nullo facto,vel pro non facto habito,ut est hic. Cogitandum re-
9 linquo,quia hec non affirmo.† Ex prædictis oppositionibus ve-
nio ad quæstiones,& quæro: hæc lex loquitur in filio,quid in ne
pote,& in alijs inferioribus, & gl. reprobat quorundam opi.qui
dicebant non esse idem.distinguit,aut nepotem nemo præcedit,
& est suus auo, & tunc in eo idem est, quod in filio,alias non est
idem,ut ff.de hæredi.insti.l. sed si conditioni.§.nepotes. vt sic ꝙ
ibi dicit(redigantur)exponatur idest redigi possint.& hæc vera,
vt ibi no.argu.l.posthumorum.in princip.ff.de iniu.testa.Et eam
cōiter tenent doc.ꝙ qn̄ nepos est suus,ita quod nemo eum pręce
10 dit,non est aliqua ratio diuersitatis inter eum,& filium. † Quæ-
ro ij.

ADDITIO.

a quæ sequunt̃ in gl. [a] vt superius,recitatis,cũ ver. sed qđ si statutũ &c.pone statutũ est in ciuitate, vt hæres ꝯ factum defuncti venire nõ possit,vt testator obligauit fundũ eius, quẽ postea hæredẽ instituit, qui hæreditatẽ eius adiuit, & inuentariũ solenniter fecit,an fundũ suum poterit a creditore vendicare.& di.gl.ꝙ.sic,vt hic,& in l.seq.vbi dicit̃,ꝙ damnũ nõ dẽt sentire.sed Cy. dicit, ꝙ moderni sui temporis tenẽt contrariũ,ex eo ꝙ statutũ alias nihil operaretur,contra l.non aliter. ff. de le.j.nisi intelligeret̃ prolatũ in casu,quo hæres fecisset inuentarium,cum omnibus constabat ꝙ si inuentarium non fecisset ꝯuenire nõ poterat. & sic ẽt fuisset de indubitali. ꝯ l.qđ Labeo. ff.de Carb. edic. Itẽ qa hæres sciens legẽ municipalẽ,lege vr̃ adiuisse,arg.ff.de acqui.re.do.l.fi.Bar.vero tenet gl.ex eo, qa statutũ recipit interpretationem restrictiuã, seu declaratiuam,ẽm ius cõe.s.de nox.l.2.ff.de pub.l.Cęsar.& de mu.& hon.l.vt gradatim,§.sed si lege.& ꝑ ꝯsequẽs verba statuti debẽt intelligi de hærede, qui non fecit inuentariũ; vel de eo,q fecit, sed vltra vires hæreditatis nõ grauat̃, vt superius est dictũ. & hæc vera,ꝑ quæ patet rñsio ad obiecta talis,videlicet,ꝙ statim tunc vltra ius cõe operant̃, qñ restricta ad ius cõe rõ recti sermonis non remaneret salua,vel non omnia verba statuti possent aliquid operari,vt in contrario, alias ad ius cõe restringantur,& ne inducatur correctio legis, in statuto intelligunt̃ apposita gratia maioris,& clarioris notitiæ.quod tene cordi. Et ex hoc infertur, quod si statuto cauetur, vt executio instrĩ ita fiet cõtra heredem, sicut cõtra defunctũ,tale statutũ intelligatur,nisi hæres fecerit inuentariũ, & vires hæreditatis non patiant̃ vt in hac gl. notanda.
23 †Ex his vidi decidi aliam quæstionẽ,statuto cauetur, [b] vt quis ꝑ
b debito cõfessionato possit incarcerari.certe hęres,qui fecit inuẽ
c tariũ pro debito a defuncto ꝯfessionato nõ poterit incarcerari. [c] Vlterius pondera,ꝙ tex.iste,& similes dispõẽtes cõfundi actiones ꝑ aditionẽ hrditatis,vident̃ loqui in ꝑsonalibus,sed qđ de rei vẽ,ꝑ re hrdis a defuncto possessa? dic,ꝙ illa non confunditur,ẽm Bal.vt ipse nõ.ĩ.de bo.auth.iudi.pos.l.si vxor.& ibi dicam.

ADDITIONES.

a In gl.Adde Pau.de Ca. hic,qui limitat istam gl. ẽm Bal.in l. maximum viciũ.s.de lib.præte.procedere, nisi appareat, ꝙ statutum vult corrigere ius commune, quia tunc non debet intelligi,ẽm ius cõe putandũ statutũ, ꝙ filia femina non succedat extante masculo, nec possit petere, quatenus pater sibi reliquerit, pater sibi reliquit centum iure legati, filia dicit se præteritam,& testm̃ nullũ, quia non fuit relictum iure institũ.& dicit propter statutũ se stare contentam de legato, non de mõ relinquendi. Bal.dicit se consuluisse,ꝙ ẽt de modo debeat stare cõtenta, quia istud statutũ venit ad correctionem iuris cõis inquãtũ excludit fœminas.vnde non debet intelligi ẽm ius cõe.Hãc limitationẽ reprehendit,hic.d.Ale.& aliam limitationẽ dat Bal.ad hanc gl.in l.meminimus, ĩ.de leg.hære.vt debeat intelligi,ẽm ius cõe regulare,non ẽm extraordinariũ. vnde si statutũ dicat,ꝙ existentibus agnatis, nõ succedat mater, & existat filius sororis,quia non est agnatus,sed cognatus, cũ per illam l. redigitur ad instar agnati,quia hoc est extraordinarium,& exorbitans,nõ excludit matrem. adde,quod Bal.tenuit,ꝙ filia exclusa a statuto nõ debet hre,nisi vnũ minimũ, ꝙ illum pater tenetur relinquere iure inst.ita voluit in eius cõs.389. 2.vol.

b Statuto cauetur.Adde Soci.consi.231.inc.cum in præsenti consul.ver.cõfirmatur hic in 2.parte.char.111.ubi hoc idem alle.& tenet.

c †Non poterat incarcerari.Tu uide de huius dicti veritate Bal.s.eo. l.j. & §. & si præfatam.nu.3.ver.tertio quæro, nunquid si hæres fecit inuentarium.

a
24 §.Licẽtia. [a] Casus. † Creditores, & legatarii pñt ꝑbare modis hic subiectis pl' fuisse ĩ defũcti patrimonio, q̃ hrs scripserit in iuẽtario, & hrs malignat' tenet̃ ad duplũ.h.d. No. ꝙ tormẽta seruorũ hrditariorum ꝑbat̃ plus fuisse in hrditate,q̃ hrs scripserit ĩ iuẽtario.Itẽ ꝙ super his hrs ꝑstat sacrm̃ purgationis.Item ꝙ hæres, facto inuẽtario,non debet sentire lucrum, neque dannum quod facit ad ea quę dixi.s. in §.si vero.

ADDITIO.

a Licentia.pro intellectu huius §.uide per Soc.consi.184. incip.difficilis,& dubius.uer.1.tex.cum ver.seq.in 2.parte char.36.

25 §.Illo videlicet. † No.ꝙ ꝯuict' de subtractiõe tenetur ad duplũ. Quæro,an l.rescriptũ. ff.de his q.vt ĩd.l.Paul'.ff.ad Tre.q̃ dñt, ꝙ hrs in re ꝑ eũ subtracta caret Falcidia,ꝑ hũc §.sũt correctę. Bñ dico,ꝙ ñ,qa pęne sũt diuersę,& diuersis applicãdę,& diuersis legi.ĩpositę,ar.ĩ.de sep.viol.q sepulchra.& ff.de ac.& ob.l.quot.& maxime,qa utraq; pęna ñ tẽdit ad ꝑfectũ vni',& eiusdẽ;cũ testõ dupli tẽdat ad ꝑfectũ oĩum creditorũ,& legatariorũ.Qđ ãt Falcidia careat ĩ re subtracta,ẽ ad ꝑficuũ tm̃ illi' legatarii.Sed nũc q̃ro,si ñ ꝑ istũ §.an erũt dictę leges correctę ꝑ §.sane.ĩ auth.de her. & fal. ut a nemine falcidiã detrahat? & dico,ꝙ sic.ita nõ.gl.d.§.sane.signata sup verbo,forte.& idẽ tenet ibi Ia.de Bel.& h' iuris noui ñ ꝑt esse rõ, qa ex quo subtractio rei subtractę ĩducit.& augmẽtat Falc. quo ad oẽs,ęquũ ẽ, vt respectu oĩum puniat̃,& sic a nemine Falcidiã detrahat,ar.ff. ꝙ qsq;iu.l.3.§.hęc pęna.& §.se.ĩmo pl' dicit,d.gl.ĩ fi.ꝙ ẽt illđ erat de iure antiquo,quod non est uerum. ut patet in d.l.rescriptum. vbi dicitur solum in re subtracta,hodie ergo in omnibus.Nec illi ob.ratio Iaco.de ra.quam ponit Cy. in auth.sed cum testõr, ad fin.ĩ.ad l.falci.dicit enim,quod illa glo. nõ bene dicit,quia in eo. §.sancimus.versi.illo solo adiecto,&c. dicit quod vnum tm̃ adiicit huic.l.videlicet de præsentia legatariorum, quia verum est ad confectionem inuentarii de quo ibi loquit̃,sed ante illum versic. disposuerat, quod falcidia non vtatur, si rem aliquam subtrahat. & sic ad casum illum adijcit de legatariis.Sed in l.ista de falcidia perdẽda in re subtracta nihil dixit.ergo, &c.Sileat ergo Ia.prædictus.In isto casu cogitabam sic dici posse,quod interdum res subtracta erat alteri legata ita,quod in ea locus erat fal.& tunc remanet ius antiquum.interdum non erat alicui legata, & tunc quia delictum concernit effectus. & tũc a nemine falcidiam detrahat, sed certe primo casu.delictum ꝯcernit oẽs,quia falcidiã ꝯ oẽs augumentat,ideo sanctius est dicendum,vt corrigant̃.Sed ego q̃ro si a nemine falcidiam detrahat,& hoc est pęna noua,an pęna duplici de qua erit correcta,dixit Ray.quod sic.Et dicit gl.hoc tenere in d.§.sancimus.& in §. si vero non fecerit.eo.ti. gl. super verbo lucri.in fine.Sed attende magis digeste,qa primo non est verum,ꝙ iste corrigatur per.§. sancimus. licet dicat, quod falcidia careat.nã pone falcidiam non imminere, qa legata non tenet ex eo,qa hæreditas nõ est soluendo, nõne hæc restõ dupli erit vtilis creditoribus.certe sic.vel pone hrditatem esse soluendo,& nihil vltra,uel parũ superesse,nõne hæc pęna legatarijs in aliquo vtilis erit.certe sic.& nihilominus falcidia carebit hrs, ꝑ illum igit̃ iste §.nõ correctus.Et pro hoc facit ratio quã s.in j.q.allegaui.nec ẽt est verũ,quod corrigat̃ per.§.sin vero nõ fecerit.nec,qđ gl.hoc uelit,qa in diuerso casu loquit̃:videlicet in casu,quo nõ fecit inuẽtariũ,seu minus solẽniter fecit.& sic delinqt respectu formæ,qa tũc verũ est,qđ falcidia nõ utit̃,nec duplũ restituit,sed oĩa integra soluit ẽt de proprio. iõ frustra tractet̃ de duplo,sed qñ solenitatem inuentarij seruauit, sed aliqd occultauit, tũc post eã huius dupli locũ hẽt,nec tex.illi disponũt hoc casu de ꝯrio.& ideo cũ nõ appareat de correctione,nõ prohibet̃ tex.iste stare,ut ĩ. de appellatio.l.ꝑcipimus.& tãto fortius,quãto in §.si uero nõ fecerit.dic,qđ
26 hãc.l.innuit.& fortificat.†Et sunt bñ põderanda, qa ardua fuit q̃stio in Bono.mihi cõmissa ꝯsulenda, an hrs omittens rẽ aliquã, vel omittẽs aliqd scribere ĩ inuẽtario, caderet ab oĩ bñficio falci
a diæ, [a] & perinde tenerẽt omnibus,ac si inuẽtariũ nõ fecisset.& aduocati unius partis dicebãt, qđ sic.& allegat dicta Rayn. & vnus dicebat casum esse in d.§.sancimus.in uerbo hac utilitate, dicẽs, qđ ibi de oĩ utilitate loquit̃ quã inuentariũ solẽne affert hrdi.sed male dicit,quia solũ de utilitate falcidiæ, de qua proxime dixi ibi loquit̃:& ibi sentit gl.probat illud pronomẽ hãc, cũ pri' de inuẽtarii ꝯfectione nihil dixerat.& hæc est ueritas.& sic ultra uires hrditatis nõ tenet̃ nisi simplo huius dupli.& ita consului. & postea aduocati utriusque partis ita fuerunt confessi, inter quos erant plures ualentes doctores. Saly.

ADDITIO.

a Caderet ab omni beneficio falcidiæ.Intelligas,quia hodie non tenetur ultra vires hæreditarias.ut per Ange.in l.Paulus.ff.ad leg.Fal. Ioan.de Imo.in l.creditoribus.eo. titu.& Bald.in §.cum igitur.& in alle. l.Paulus, & in l. raptum.ff.de his quib.vt indig.& Ang.in l.j.§.hæc stipulatio.ff. si cui plus quàm per legem fal.sed Bar.& Bald.hic.§.licentia dicunt, quód hæres omittens, vel occultans aliquid inuentario punitur.

§.Donec. Casus. Añ tps inuẽtarij ꝯficiẽdi hrs nõ ꝑt ꝯueniri, iõ nec creditoribus interim tps currit.h.
27 d.†No.ꝙ nõ ualenti agere nõ currit ꝑscriptio.& est rõ,quia non dr̃ negligere.ut in gl.in qua uide cõcordãtias sup tex. ibi nec creditoribus. subaudi nisi usuras repetẽtibus, quas defunctus cauit, uel iussit restitui.& hoc ne ꝑp morã fiat aĩæ ꝑiudiciũ,q̃ cũctis est ꝑferẽda.ut s.de sacrosan.ec.l.sancimus.ẽm Ric.malũ.& Cy.Ray. Et ibi in æqtate, ex hoc gñali uerbo collige, qđ executio instrumẽtorũ uirtute statuti disponẽtis, ut instrumẽta publica possint peti executioni mãdari,nõ põt interim ꝯ hrdẽ peti, ut ibi, uel ad iudiciũ. Nota,qđ exceptio ista impedit litẽ ꝯtestari ibi creditoribus hrditariis. Nota,ꝙ ad creditores hrditarios tm̃ se restringit. & sic ꝑprii hrdes nõ impediunt̃ interim agere.quicqd hic dicat. Cy.circa notabile,an nõ ualẽti agere currat ꝑscri.dic, qđ si ĩpedimentũ est facti,tẽpus currit ei,sed dat̃ restitutio. arg.ff.de iti.actuque pri.l.& attilicinus.& ff.de iti. actuque pri.l. j. §. si quis pp.Si aũt fuit impedimentũ iuris, & tunc aut nullo mõ agere põt, & ei nõ currit ꝑscri.siue impedimentũ fuerit ab initio. hj.in fin.ĩ.de
a an.ex.siue ex postfacto, ut hic,quasi interim dormiat, [a] an agere potuit.sed nõ cõmode,& tunc currit præscrip.sed ei datur restitutio.ut l.senatus.ff.de offi.præsi.secundum lec.gl.

ADDITIO.

a Interim dormiat.Adde dominum Alexan. & Pau.de Castr.qui dicunt in hoc §. esse casum.contra Bar.in l.naturaliter.ff.de usu. qui dicit,quod de iur.ciui.nõ repeitur,quod prima præscripto inchoata dormiat, & hoc etiam secundum Iaco.Butr.quia imo in casu huius. §. præscrip. quæ uiuente defuncto ceperat cõtra creditores, desinit currere tempore confectionis inuentarii,& postea eo finito reincipit.

28 §.Sin vero. Casus.†Omittens inuentarium facere, uel non faciens solenniter tenet̃ insolidũ creditoribus,& legatarijs.h.d.No. ꝙ ꝯtẽptor legis nõ potest vti beneficio illius.Item no.quod existentia sui hæredis non impedit ius deliberandi,nec beneficio inuentarij.Nam hic loquitur etiam in suo,vt probat verbum immiscere. Vlt.super tex.ibi distulerint facere,exponũt quidam.i.implere seu perficere.Et hoc, quia tenẽt quod hæreditate simpliciter adita non prosit postea initiare inuentarium,sed tenui contra.s.in §.sinautem dubius.Alij dixerũt qđ hic est casus,qđ tps inuentarij initiãdi nõ currit. nisi adita hæreditate,vt dixit gl.in §.sinautem dubius,licet alia gl.ꝯ dicat. Ego ibi dixi,ꝙ iste tex.hoc necessario non ꝑbat, quia ista statuit simul tps quo ad cursum initiasse,& post hoc initiũ hæredẽ hæreditatẽ adire,& post aditam ĩ.tps existentem inuentarium facere,& perficere ante tempus lapsum,& eorum erit dicere inuẽtarium post aditã hæreditatẽ factum esse,& hoc ideo dic, vt ibi plene scripsi.

Et hæc quidem.

Hic est. 3. pars principalis. in qua tractat de his qui non contẽta huius constitutionis dispositione tps ad deliberandum impetrant a
29 principe,& a iudice,& in multas diuidit̃ partes,vt ĩ.patebit.† Casus.tps ad deliberandũ, qđ hodie non est necessarium solenniter volentibus conficere inuentariũ,est anni,qñ impetrat̃ a principe. & ix.mẽsium,qñ impetratur a iudice,& vltra qđ, semel nõ tenet ꝯcessum,& interim non recusans hæreditatẽ,licet fecerit inuẽtariũ tenebat̃ oĩbus creditoribus,& legatarijs. tñ detrahit falcidiã, qđ non detrahet si inuentariũ nõ fecisset.Interim vero recusans tenet̃ solũ ad restituendũ res hrditarias illis ad quos hrditas deuoluit̃.h.d.vsq; ad §.nouissimũ.Et diuiditur in quatuor partes. Primo certum tps impetrari permittit.Secũdo declarat ad qđ teneatur si post impetrationẽ inuentariũ fecit,sed hrditatẽ non recusauit.Tertio ad quid teneat̃ si inuentarium non fecit, nec hæreditatẽ recusauit.Quarto ad quid teneatur. si ĩ. tps impetratum hrditatẽ recusauerit.Scđa ibi,sinautem hoc.Tertia ibi, si quis temerario.Quarta ibi,si post.Et gratia cõmodioris doctrinę legam per particulas.No.ex prima parte,ꝙ iuris antiqui non debemus esse ꝯtemptores,& ꝑt esse rõ,quia iuris noui scĩa ꝑfecta, & plena nõ hẽt,si antiquum pęnitus ignoretur. Itẽ no. qđ imperator priuilegiatur in concessione maioris tpis. Itẽ quod semel tm̃ põt impetrari.Itẽ qđ dictio sæpius.ex bino actu verificetur.Quærit gl.an ꝑ hãc.l in eo,qđ dicit de ix.mensibus sit derogatum.l.cum antiqoribus.s.eo.Et quidã dixerunt,qđ nõ,qa illa de anno qui datur ipso iure a lege,hic de impetrato a iudicẽ.hoc non placuit gl.qa ibi de impetrato loquitur,vñ gl.ĩ.in §.fi.d.qđ in eo, qđ ibi annus dat̃ a lege nihil est immutatum.Sed in eo qđ ibi supponitur, qđ annus dabatur impetrãtibus,est derogatum si impetretur a iudice, quia hodie tantum ab eo.ix.menses dari possunt,vt hic.Sed dicet quis hæc impetratio a principe nonne est superuacua? cum absq; impetratione habeat annum a lege, & impetratio a iudice nõ est sibi damnosa,cum maius tps habeat.Rñdent.l.j.Pe.Cy.& Rayn. ꝙ ipsi intelligunt ipsum tex. qñ hæc impetratio sit iã decursa in aliqua parte illius anni qui datur a lege, & sic impetratio nõ erit superuacua,& ei proderit,& non nocebit. Opp. qđ immo sæpius concedatur, vt ff.vt leg.no.ca.l.j.§.si cui.Sol.qđ hic factum fuit semel,& perfecte,ibi imperfecte,vel ex casu nouiter emergente deductum fuit,ibi ad imperfectionem, & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio,vt ff.de inter.ac.l.de etate.2.§.ex eã,vel dic secundo,ꝙ hęc rõ suadet amplius non dari, vt vltima voluntas citius habeat exitum,& creditores non fraudentur,ibi eadem rõ.s. vltimæ voluntatis exequẽdæ suadet pluribus caueri.Opp. ad idẽ de l.3.ff.eo.sol.vt in gl.Et prima vera,vbi integrum tempus est datum.Secunda vera,vbi nõ integrum est datum,nam tunc pluries potest dari,vt ibi,quod intellige donec perueniatur ad tempus integrum,nam vltra dari est hic specialiter prohibitũ,& prouisum,
a & datio ipso iure non valeat.Et hæc solu.est notanda, [a] quia ex ea habes,quod si statuto cauetur, vt viginti dies dentur ad probandum,& iudex non dederit nisi decem, illis transactis potest, immo iudex alios decem dare,supposito,ꝙ statutum diceret, ꝙ vna tantum dilatio dari debeat, nam hæc non est tam noua dilatio, quàm datæ suppletio,vt in hac gl. sequitur versi.

ADDITIO.

a ¶Et hæc solutio est notanda.Bal.hic,hæc quidem,nu.2. ver.item no. argu. inducit hanc gl.quod iudex non potest prorogare terminum banni limitatum a statuto,de quo per But.& Moder.in c.sæp.extra de app.no.Bald. in l.obseruare,§. post hæc,ff.de offi.procon.& in l.iubemus,C.de iu.& in l.1. C. de requir.reis,& ibi Cy.In no.& Moder.in c.ad petitionem,extra de accusa.& Moder.in c.Ioannes,de testa.

§.Si autem. Super tex.ibi,& iuẽtarium ꝯscripserit, subaudi,ĩ.tps debitũ, & ibi, necesse enim est, dic necessitate causatiua,vt falcidia,vti possit,vt ĩ.in vers. si quis temerario,& est quædam interpositio vsq; ibi,non licet,& ibi,si
30 non recusauerit hæreditatẽ.†No.ꝙ post inuentariũ factum hrditas recusatur.Et sic est casus ꝯ illos,qui dicunt, ꝙ per confectionem inuentarij conficiendi currit ante hæreditatem aditam, vel deliberantem non esse necesse facere inuentarium. Ibi omnibus creditoribus teneat,subaudi de legatis, aut fal. detrahit propter inuentarium qđ fecit,alias ñ detracturus,vt ĩ.§. si quis temerario.† Et nota hic mirabile,ꝙ eoipso, quod nõ repudiauit infra

tp̄s dr̄ adiuisse. Et sic pro adita hr̄ a lege, quod non est in anno q datur ad deliberandum ipso iure a lege, vt s̄. eo. l. cū antiquioribus. & ratio diuersitatis sequitur in litera, cū enim gemini, &c. Ibi & sibi imputet. No. & signa tex. ex quo collige, quod de duabus vijs eligens deteriorem, seu magis periculosam, vel lubricosam, sibi habet imputare. Item no. contra vulgare antiquum qd̄ dr̄, noli dimittere viam antiquam pro noua, sed illud prouerbiū procedit in dubio, non vbi constat, quod noua est melior, & tutior q̄ antiqua, vt hic est, & ideo ne hæres possit causare ignorantiam, statim l. ista prouidet, vt liberationem petenti iudex dicat
32 verba, quæ sequuntur, & ibi hoc adiri volumus. † Not. q qn̄ tp̄s ad deliberandum impetratur in rescripto principis, & in ꝯcessione iudicis, debent adijci ista verba, quod si j. hoc tempus tibi cōcessum non recusaueris hæreditatem, licet eam non adiueris, vel in ea te non immiscueris, hæreditas habeatur pro adita, & omnibus teneberis. Sed dubitatur, si ista verba non sunt apposita, siue scripta, nec etiam dicta, an nihilominus prædicta locum habeant? quidam dicunt quod sic, quia hęc dicit Imperator ad omnē ignorantiam conuincendam non sit necesse, quia hoc sit statutum a lege ista, & pro tanto tex. iste loquitur inferendo ex iam statutis, ideo dicit illatiue. Et ideo in ipso liberationem, &c. & ita sentit gl. in so. contrarij, vt statim dicam. Sed in contrarium facit illud
a verbum, volumus, habet vim statuti etiam præcisi,[a] quod dicitur de comminatione quæ debet fieri ei qui non respondet positionibus, vt habeatur pro confesso. in c. ij. extra, de confess. iud. lib. vj. accedat tex. in auth. & qui semel. j. quomodo, & qn̄ iu. l. peremptorio. ff. de iu. Gl. super verbo reccusauerit opp. quod pro adita non habeatur si non recusauit, vt s̄. eo. l. cum antiquioribus, & ff. eo. l. quandiu. Et soluit tribus modis. Primo quod hic qn̄ fecit, sed gl. reprobat, quia tantominus hic deberet teneri, præterea & hic tenetur si non fecit inuentarium, vt §. si quis temerario. Scd̄o quod ibi quando comminatio non fuit apposita in confessione, hic sic, & hæc est notabilis ad ea quæ proxime dixi. Tertio quod hæc corrigit illas, & istam approbat gl. & sic sentit, quod ista cōminatio sit ei de bene esse, & non de necessitate, quia si de necessitate esset, præcedens solutio staret, & pro hoc facit, quia de clausula, si præces veritate nitantur. apponenda in rescripto dicitur, q̄ non apposita non vitiat, quia ipso iure subintelligitur, vt no. s̄. de diuer. rescrip. l. fi. Tamen mihi videtur quod contraria sint diuidēda, ideo aduertendum quod quandoq; hæres nullum petit tempus ad deliberandum, nec ad instantiam alicuius est sibi statutū, tunc ipse habet anaum a l. j. quem moriens transmittit, & viuēs si non recusauit, neque adijt non propterea hæres existit, vt l. cū antiquioribus. & iste casus non est correctus. Quandoque hęres petit tempus ad deliberādum, & iste casus subdiuiditur, quia qn̄que proprio motu nemine instante, & tunc respectu transmissionis fiendæ si interim moritur adhuc habet locum l. cum antiqoribus, & hæc l. nihil de hoc disponit, si autem viuat, an habeatur pro adita si infra tempus non recusauit, & tunc sm̄ tp̄s legis, cum antiquioribus, non habebatur pro adita, hodie vero sic per hanc l. & in hoc casu corrigitur l. illa. Quod intelligebat do. meus verum, vt pro adita haberetur in eius odium, qui frustrando l. istam videtur hoc fecisse, vt sic insolidum creditoribus etiam vltra vires hæreditarias reneatur. In eius autem fauorem si hæreditas esset pinguis, & opulenta non habetur pro adita, ne inducta in odiū, retorqueantur in fauorem, vt ff. de neg. gest. l. siue hæreditaria, cū si. ibi no. Imo dicebat haberi pro repudiata, & sic consideremus quod eorum est ei magis damnosum attenta ratione, & mente huius constitutionis. Quandoque tempus ad deliberandum petitū nō est proprio motu petitū, sed ad alterius instantiā, & iste est casus in l. quandiu. in ꝯ. alle, quo casu vt aliqui modi saluātur, dēt ita distingui, aut hæres est sub ꝯditione potestatiua institutus, & tunc licet tempus ei pręfixum transiuerit pro adita non habetur. Et est ratio, quia sicut ante implementum conditionis non pōt adire vere, ita nec l. vult eam aditam fingere, quia fingeret etiam impletam conditionem, & sic insurgerent duæ fictiones contra no. in l. j. s̄. de do. promis. & etiam talis fictio esset contra voluntatem defuncti, cui lex anhelat fauere. Ideo illam non fecit, sed iste datur curator bonis, qui satisfaciat creditoribus, & ita loquitur l. si quis instituatur. ff. de hær. instit. Aut hæres est pure institutus, & tunc aut tempus est ei præfixum ad instantiam substituti vulgariter. Et tunc illo transacto, habetur pro repudiata in fauorem substituti vt ad eam deuoluatur, & ita loquitur d. l. quandiu. aut ad instantiam creditorum, & isto casu gl. videntur variæ, nam gl. hic sentit quod habeatur pro adita, & clare hoc tenet in d. l. quādiu. Sed in l. cum antiquioribus. s̄. eo. vltra medium glos. magnæ sentit, quod habeatur pro repudiata, sed dn̄s meus dicebat vtrāq; veram, prout creditor elegerit in cuius fauorem terminus est hæredi præfixus, nam si volet quod habeatur pro adita, poterit eum conuenire, vt hæredem, & si eum conuenire voluerit, poterit petere dari curatorem bonis, qui ei satisfaciat, argumentum. d. l. si quis instituatur, facit. l. de ætate. §. qui tacuit, ff. de inter. act. Et hic attende, quia non habetur vllo casu pro adita, nec repudiata respectu aliorum creditorum, qui non instarent, ne contumacia respectu vnius faciat nocere respectu alterius, vt ff. ex quib. caus. in po. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. j. res inter alios acta. per totum, & ita no. dominus meus super eam. l. curatoris. in fi. & scia quod de debito prius summatim debet constare, vt ibi dixi.

ADDITIO.

a ¶Habet vim etiam pręcisi. Tex. est ad literam in l. huiusmodi. §. stichum, & ibi in add. in ver. uolet. ff. de leg. 1. gl. in cle. 1. de officio uica. & ibi Car. & in cle. 1. §. uolumus, de foro comp. & inductiuum noui iuris gl. & Car. in cle. 1. in fi. de censi. & tenet Car in cle. exiui, §. demum, de uer. sig. Panor. c. 2. col. fi. uer. uerbum statuimus. extra de iudi.

§. Si quis autem temerario. Summam cū §. & hoc qui-
3 dem. † Tamen summarium collige pro notabili, videlicet, quod hæres petens tempus ad deliberandum, & infra tempus non recusans, nec inuentarium faciens tenetur omnibus creditoribus insolidum, nec aduersus legatarios vtitur falcidia. Et hic attende, quia omissio inuentarij isto casu non est illa quæ faciat eum teneri in solidum creditoribus, quia idem si inuētarium fecisset, vt in §. præcedenti. Sed bene facit quod falcidia non vtitur aduersus legatarios. Item no. quod recusans tenetur restituere res hæreditarias. Et quia in tex. dicitur inuentario minime conscripto, subaudi maxime, & idem, quia multofortius si in inuentario conscripto. Item nota, quod liberans non dicitur adire, licet apprehendat res hæreditarias. Quærit glo. quare hic non vtitur beneficio. l. Falcidiæ, & respondet, quia perinde est, ac si sponte ab initio adijsset, & allegat. l. sed si alio. ff. ad Treb. Sed allegatio nō est bona, quia de iure fforum, & Codi. sponte alienans sine factione inuentarij, vtebatur falcidiæ beneficio, vt no. s̄. eodem. §. omni igitur. in glo. 2. & probat in l. si vniuersæ. j. de leg. hodie vero de iure nouissimo secus, vt in Auth. de hæred. & fal. §. si vero non fece
34 rit. † Quæro in casu quo res essent in absentia, an post nouem menses datos a iudice possit inuentarium facere? & videtur quod sic, quia annum habet, vt s̄. §. sinautem dubius. in fine. Sed tene contrarium, vt in glo. vlterius vide super verbo, sacramento, quę summat istam. l. Et pondera gloss. in versicu. sed hodie, quæ vult quod hodie in casibus præsentibus in glo. non faciens inuentarium teneatur ad solida legata nulla falcidia detracta vt in auth. sed cum testator. in fin. infra. ad l. Falcid. quod est notandum. Sed mihi videtur quod tex. ille, & in cor. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, cum sequen. loquatur in sponte adeunte a prin. vel in eo qui petijt tempus ad deliberandum, & vere adijt, sed in eo qui non adijt, nec recusauit qui habetur pro adeunte, si ei sit nociuum, satis dubito, an hæc. l. sit correcta, gloss. tamen ista videtur tenere quod sic, quam nota. Et eius potest esse ratio, quia pro adita habetur quo ad omnes, sed illi, quo ad cuius instantiam tempus hæredi fuisset præfixum, quia tunc non habetur pro adita quo ad omnes, seu omni respęctu, tunc dico istam materiam manerę
35 incorrectam. † Quæro cum gloss. quid si filius non fecit inuentarium, an præiudicat sibi in legitima, dicit ista gloss. quod quo ad creditores præiudicat, & ratio est clara, quia debetur, ære alieno prius deducto, vt l. Pap. §. quarta, ff. de inoffic. testamen. Sed quo ad legatarios sibi non præiudicat. Pro ista glo. faciunt duæ rationes. Vna, quia quando filius est inobediens patri, & legi, & iudici non priuatur ista quarta, vt j. de fideicom. auth. hoc amplius. ergo multominus si tantum legi. vt hic, & hanc rationem ponit ibi glo. 2. quia legata quę minuuntur propter æs alienum sunt ipso iure nulla, & non censentur legata, vt ff. ad Treb. l. j. §. penul. & no. glō. s̄. in §. & si præfatam. ergo nec soluenda, cum hæc quarta censeatur ab initio vt æs alienum, vt ff. de inoffi. test. l. pap. §. quarta, & §. quoniam autem quarta, & ff. de bon. dam. l. cum ratio. Sed contra istam glo. facit, quia de propria bursa, vt de proprio patrimonio tenetur hęres illa soluere, vt in Auth. de hæ. & fal. §. finali tem non fecerit. Ergo eo casu in odium non facientis inuentarium sunt aliqua, licet testatoris non transcendant mensuram, vt ibi in litera secundum Ric. malum. Item quia lex præsumit, ex quo non fecit inuentarium, quod hæreditas locuples soluendo fuerit, nunc præsumit quod subtraxit. in eodem. tit. §. sancimus. in prin. secundum Ray. Tertio confirmo. nam non faciendo inuentarium hæredis actio per aditionem remanet confusa, & nulla ex ea remanet exactio neque reductio, vt s̄. eo. §. si vero & ipse. ergo nec in debita iure naturæ quæ vt ęs alienum hæredi debitū censetur. Nec obst. l. imponenda. j. ad l. Fal. quia loquitur secundum tempus antiquum, secundum quod non erat prouisum de beneficio inuentarij, & ex his per rationes appositas non obstari. Voluit tamē ipse Ric. gl. tueri, hoc modo videlicet, quod quartam deducere possit in aliqua re, quam interest sua habere alicuius affectionis ratione, & de suo proprio satisfaciat, ar. ff. de min. l. in emptione. Sed an in vna re detrahi possit, vide quod scripsi. s̄. fam. erc. in l. filium quem habentem.

§. Notissimum. Hic quarta pars principalis in qua concludit. Casus. hæc constitutio omnes alias comprehendit de quibus in prin. dixit, & priuilegiū quod militibus erat concessum, vt vltra vires hæreditarias non tenerentur, confirmat, & in suo robore dimittit. hoc dicit. in tex. ibi nō conseruauerint, subaudi, quia inuentarium non fecerint.
36 † Quærit glo. an hoc priuilegium militum sit hodie correctum, & dic

a & dic, q sic,[a] per aut. de hære. & fal. §. fi. & aduerte, quia glo. vult, quòd corrigatur in duobus. Primo, vt miles hæres institutus si non fecit inuentarium teneatur insolidum, vt ceteri, & sic substitutio Gorgiana de qua. s̄. in prin. est correcta. Et ī hoc omnes glossatores antiqui fuerunt concordes. Secundo, quòd si miles testatur, hæres eius non detrahat Falcidiam si non fecit inuentarium, & hæc erit correcta. l. in testamento. j. ad l. falc. Sed in hoc secundo glossatores omnes non fuerunt in concordia, quia ban. & lot. contra. Sed de hoc dicam in d. l. in testamento. Quærit gl. an lex, cum antiquioribus, sit correcta, & dic, vt in ea. Sed vide clarius, vt dixi. s̄. eo. §. sinautē, hic in distinctione ibi posita. Salyc.

ADDITIO.

b ¶. Dic, quod sic. Adde Bar. hic, qui dicit hoc esse vtile scire propter ecclesiasticas personas, quia ecclesiasticæ personæ debent habere priuilegiū militis, allega. l. sac. san. supra de epi. & cler. & dicit, quod no. in l. miles. in prin. ff. de re iud. & dicit, q sm̄ hæc si ecclesia, vel p̄sbyter adiret hęreditatem sine beneficio inuētarij, non tenet ultra vires hęreditarias sicut miles, ita tenet Ale. sed adde, qd̄ contrarium voluit Abb. consi. 34. j. uo. & 2. uol. consil. lxxiii. in fi. quo cōsi. concludit etiam clericum teneri ad confectionem inuentarii, dicit tamen uideri tex. in c. ecclesię, ut lite pen. & ibi approbat Ioan. and. & Hos. quod constitutiones legales generalitendisponētes licet pęnam adiiciāt, habeant locū in foro canonico etiam contra clericos, & ecclesias, ex quo contrariū nō reperitur cautū de iure cano. & prefertim dicit hoc procedere, quando lex pęnalis pōt se habere ad ecclesiā quo ad cōmodū, & incōmodū, & quod leges loquētes de inuētario habeāt locū de iure canonico dicit esse tex. in c. Rayn. de test. tamē, ut dixi, dicit specialiter esse in ecclesia, ut non teneatur eo, quod hędeditas intelligitur delata ecclesię, in quantum non sit onerosa, ne indirecte alienentur bona ipsius. arg. auth. sicut. supra de sacrosan. eccl.

De repudianda, vel abstinenda hære. Tit. XXXI.

LEX PRIMA.

1 *Procurator Cęsaris est iudex competens inter fiscum, & priuatum.*
2 *Filius aliquid de hæreditate surripiens, an possit abstinere.*

SI paterna. Casus. suus a paterna hæreditate abstentus potest, & præsumitur
a per actum contrarium[a] abstentionem reuocare, & velle adire, nisi probet contrarium. h. d. Ibi in domo.
1 s. paterna, ibi patris, qui erat debitor fiscalis. † No. quod inter fiscum, & priuatum competens iudex est procurator cæsaris, vt hic in fin. Item, quòd actor hic non sequitur forum rei, quod est speciale in fisco. Op. de l. sicut. j. e. so. hic in suo, vt in prima glo. quę ponit, & præsumitur abstentionem reuocare per actum contrarium, vt. j. e. l. fi. ibi in extraneo, vel emancipato, qui postquam repudiat, non potest contrauenire. Opp. 2. quòd fisco incumbat onus probandi. Primo, quia est actor, ergo ei incumbit onus probandi, vt l. qui accusare. s̄. de eden. & s̄. de probat. l. actor. Secūdo quia ipse affirmat, & reus negat, ergo &c. vt l. ei qui. ff. de proba. So. vt vult glo. ij. videlicet, q hic est p̄sumptio pro actore, quia cōuentus erat testatoris filius, & suus qui stando post abstentionē
b in domo paterna,[b] non præsumitur abstentionem præcedentē reuocare per hunc actum abstentioni contrarium, quod facere potest, vt supra dixi. Et ideo propter præsumptionem quę est cōtra eum, ipse debet probare, quòd animo abstentionem reuocādi ipse habitauit in domo, quia ibi habitauit vt inquilinus, vel custos, & probabit primum per testes, vel instrumentum, quia conduxit, secundum per protestationem, vt in gl. vsq; ad ver. secus. Op. 3. quod protestatio ista non sit necessaria, vt s̄. eo. ti. l. penul. So. quod ibi, in emancipato, quia olim erat incognitus, & circa bonorum possessionem nō admittebatur, vt ibi, hic in suo, licet hodie emancipati sint cogniti de iure ciuili per Auth. de hære. abinte. tamen stat dubium, an emancipatus, repudiationem quam facit, reuocare possit, & sentit ista gl. quod non, & ita te-
2 neo, de quo latius dicam in l. fin. † Quæro filius eius aliquid surripuit de hæreditate, an possit se abstinere gl. respondet satis obscure, ideo attende, quia vult sic dicere, aut prius surripuit, & postea se abstinuit. i. abstinere velit, & nō pōt, aut prius se abstinuit, & postea subtrahit, & non potest p̄ hanc subtractionē, abstentionē prius factam reuocare, & tunc se velle immiscere hæreditati, & se velle obligare, vt ff. eo. l. si seruum quis. §. prætor. j. & §. fi. Ratio primi est, quia surripiendo præsumitur se immiscere, & potius sibiipsi subtrahere quam alij, quia non scit quid immixtioni repugnet. Sed in secundo casu secus, quia abstentio precedens repugnet immixtioni ex sequenti delicto præsumendæ, & ex his colligę nota. q etiam de iure fforum abstentio reuocatur, sed immixtio non de iure codi. est clarum, vt j. eo. l. 3. & potest esse ratio, qa prima reuocatio est fauorabilis, secunda non. Sed contra prædicta op. glo. de l. si quis extraneus. ff. eod. ibi surripiendo non dicit quis adire. Solu. vt in glo. quia prædicta in suo. l. si quis, in extraneo. in quo cadit immixtio, nec existentia sui hæredis per quam p̄sumat facere potius rōne iuris sui, q̄ causa delicti committendi.

ADDITIONES.

a ¶ Per actum contrarium. Adde. l. pro herede. §. Papi. ff. de acquiren. hęr. quod est contra gl. seccundum Ang. & Paul. de cast. in l. i. supra. de iur. delib. in fi. gl. magnę. & ibi Ioan. de pra. vbi no. tenet Alexan. d. gl. expresse reuocatur abstentio non aliter, quia contra est d. §. pap.

b ¶ In domo paterna. An filius præsumatur hæres ex habitatione in domo patris? quòd sic, nisi alio ti. posfideat. gl. & Bar. in l. i. supra, si, vt se ab hære. abst. & Bal. in l. j. 2. q. supra qui admit. & in 2. col. versic. quid autem si nō renunciat. j. quādo non peten. par. vbi etiam dicit econtra, quod per renuntiationē possessionis inducitur repudiatio, vide Bal. in l. non hic, in 3. col. s̄. vnde cogn. & Bar. in l. pro herede, §. seruos. de acqui. hære. & no. in l. si cū dotē, §. transgrediamur. sol. mat. & hic, vbi ēt dicit in possidente fundum hæreditarium, vt præsumatur hæres, nisi alio tit. possideat, vt quia habitet in domo, vel teneat fundum pro iure pignoris ob dotē matris, quia pręsumitur vt hęres, nec adiret, nisi statutum sit, quod habitans domū defuncti teneatur vt hęres, etiam si ex alia causa habitet, secundum Paulum de castro hic, nisi tunc fecerit sibi domum per iudicem assignari, quo casu non obst. statutum Paul. de Cast. ibi.

LEX II.

1 *Suus ex causa noua possidens abstentionem reuocare censetur.*
2 *Suus se hæreditati immiscens, & infra tempus deliberandi emens, an possit a creditoribus conueniri.*

1 Si paterna. Casus. † Suus præsumitur abstentionem reuocare, quando reperiretur de causa noua possidere. h. d. Vel si possidens vt emptor, non obligatur vt hæres. h. d. Ibi prioribus scilicet tempore. Ibi creditoribus. s. patris. Ibi fundos. s. paternos. Nota, quod prædicta sunt vera si se abstinuit realiter ita, quo abstentionem, & emptionem in fraudem non fecit. Opp. ff. eo. l. si is qui bonis, & de auto. tuto. l. pupillus, §. pupillus. Solutio, quod hic bona fide, ibi mala fide, vt in gl. Et sic collige, quod ista glo. nullam facit differentiam quando mala fide fecit, an emerit ante abstentionem, vel postea ibi relata ad tex. loquitur qn̄ postea, licet gl. in d. l. si is qui bonis, videatur differentiā facere, & male, quia ꝯ tex. illum, & istum, vt ibi p̄ doc. Dic tū latius, quia aut bona fide depræhenditur possidere, & tunc si est emancipatus, cum repudiationē non possit reuocare, vt j. ea. l. sicut, non præsumitur adire, si vero est suus, tunc si ex noua causa reperitur possidere, non præsumitur abstentionē reuocare, vt hic, secus si ex antiqua, quia tunc præsumitur illam reuocare, vt l. precedenti, aut deprehenditur mala fide possidere, & tūc tenetur, vt d. l. si is qui bonis. Aut dubitatur, an bona, vel mala fide possideat, & tūc ex tribus p̄sumit mala fide possidere. Primo si oīa bona hrditaria reperit possidere,[a] vt l. oēs. §. lucius, ff. de his quæ in frau. cre. l. 3. §. & qd̄ de subeunda. s̄. de na. lib. Scd̄o, qd̄ incontinenti reperitur aliqua possidere, vt ff. ad mace. l. sed & iulia. §. si ab initio. & ff. de repu. l. 3. Tertio si dicta bona apprehēdit occulte per seipsum, vel palā, per interpositā personā, vt l. pu
2 pillus, ff. de auto. tu. sm̄ Iaco. But. & Iac. de Are. † Quærit gl. qd si in casu huius. l. se nō abstinuit, sed se immiscuit. Et subaudi post impositionē, & sic. j. tp̄s deliberandi emit, an a posterioribus creditoribus ꝯueniri poterit, & arg. gl. quod nō, quia si cōueniri p̄t, aut conuenitur vt hæres, & hipothecaria, vt hæres cōueniri nō pōt, quia rem illā non possidet, ut hæres, sed vt emptor, aut conuenietur, vt simplex possessor, & non pōt in effectu, quia a priore, & sic potiore creditore emit. Sed in ꝯrio determinat, quia ex quo adiuit hrditatem, res ipsa cum ceteris rebus hæreditariis sua facta fuit a die mortis defuncti, vt l. cū hæredes. ff. de acqui. pos. & l. hæres qn̄cunq;. ff. eo. & tanto fortius in casu nostro, q in suo loquitur, & sic sua fuit ēt ante immixtionē, nā cū se non abstinuit, sed se immiscuit, sequit. q semp̄ sua fuit, & remāsit, igitur vt suæ rei emptio. nō tenuit, vt ff. de ꝯhen. emp. l. suæ rei, & per ꝯ̄us nō pōt allegare, q a priore creditore emit. Et hęc vera nisi fecerit inuentarium, qa tunc tuebitur ex eo, quia precium rei conuertit in satisfactionē prioris creditoris, vt s̄. eod. tit. l. fi. §. si vero hæredes.

ADDITIO.

a ¶ Omnia bona hæreditaria reperitur possidere. Et hoc, siue vna emptione, vt no. hic Bar. & Bal. & idem Bal. in l. j. col. 6. j. de excep. rei iud. siue diuersis emptionibus possideat, ut per Bar. in l. nomen, §. filio, ff. de leg. 3.

LEX III.

Suus abstentionem reuocare, sed hæreditatem eam quæsitam respuere non potest.
2 *Filius censetur patris hæreditatem adiuisse eo ipso, quod ipsius testamentum dicit esse nullum.*
3 *Legitimus dicens testamentum patris nullum, an per hoc dicatur adire.*
4 *Suus quando possit hæreditatem quæsitam repudiare.*

Suus hæres. Casus confessio erronea ex causa transactionis putatiuæ non præiudicat, hoc dicit, ibi quæsitam, ergo se immiscuit. Et pone casum, quod pater iniuste pręteriit filium suum, & extraneum scripsit heredem, mortuo patre filius patris hereditatem abintestato quesiuit, & scriptum heredem in iudicio conuenit petitione hereditatis, scriptus se opponit vt hæres ex testamento, replicat filius, quod iniuste præteritus. Sed inquit filius si tu das mihi centum, vel mille transigendi animo, ego profiteor, quod de ista paterna successione nihil petam. Scriptus heres nihil dedit, nec promisit, filius p. sequitur, & scriptus heres videns forte succumbere, illud vult exceptione transactionis repellere. Et quæritur, an possit, respōdet, quod non, quia donandi animum non habuit, sed transigendi. Et transactio nulla fuit, quia nihil datum, vel promissum
1 fuit, &c. † No. hic casum, quod licet suus abstentionem quam fecit possit reuocare, vt in ll. precedentibus, non tamen hereditatem iam quęsitam potest respuere. Et sic contrariorum eadem non est disciplina, quia vnus casus non est fauorabilis, alius fauo
2 rabilis. Item, quod nullo dato, &c. non tenet transactio. † Item tertio colligit Bar. qd̄ eo ipso, qd̄ filius dicit testm̄ patris iniustum

a vel nullũ, vr̃ adiuisse hæreditatẽ[a], & illam sibi quęsiuisse, vt hic
in verbo q̃sitã, & pro hoc inducit gl. secundã, & quartã hic posi-
tã, licet aliud sit in agente quærela inofficiosi, vt l. posthumus, §.
fi. ff. de inof. test. Et est ratio, q̃a agitur ad rũpẽdũ, priusquã sit ru
ptũ non põt dici ab intestato. Ego puto, ꝙ si dicatur simpliciter
nullũ, & nihil aliud petat, & declarari nullũ, ꝙ ex hoc non dica-
tur adire. Et est ratio, quia hoc nõ infert necessario, cũ possit vel-
le præparare ius deliberandi, vel ius expeditũ immiscẽdi, vel nõ
immiscendi ad hunc finem, & ius dicendi nullũ transmittat ad
hæredem, ꝙ alias non fecisset, quia taciturnitate testm̃ ↄfirmare-
tur, vt l. filio p̃terito, ff. de iniu. test. Non ob. hæc. l. q̃a vltra hoc ꝓ
cessit agendo petitione hereditatis, vt dicit gl. 2. quæ hæredi cõ-
3 petit, vel nisi ↄstaret, quod eo animo fecisset. † Ex hoc infero ad
aliam quæstionẽ, ex cuius determinatione poterit ad istam refer
ri, pone, quod legitimus dicit testm̃ falsum. An ex hoc videatur
adire Bar. in d. l. posthumo. alias quẽadmodũ, ff. de inof. test. dixit
ꝙ sic ꝑ istã. l. & l. cũ q̃dã, ff. de bon. pos. Sed ↄ̃ eũ facit. l. j. s̃. de bo-
no. pos. s̃m tab. & hæc lex nõ facit, vt s̃. dixi, tñ in hac q̃õne sic di-
stinguo, aut qui dicit falsum, vel nullum est de hoc incertus, &
tunc, q̃a vere non põt adire, vt ff. eo. l. cum falsum. minus dẽt dici
præsumptiue adiuisse, & ita loquitur. l. j. s̃. de bo. pos. s̃m tab. aut
est certus, quod testm̃ est falsum, & per ↄ̃ns nullum. Et tunc con
stat, quod eo animo dicit, vt sit hæres, vel eo aĩo, vt præparet sibi
viã essendi cum volet, & istud serua, aut dubitat̃ quo animo. Et
tunc credo, quod de iuris rigore non videatur adire, nec pro adi-
ta p̃sumatur, sed videatur sibi præparare viam, vt sine scrupulo
possit adire. Sed de æquitate, q̃ñ pro adita habeatur ad eius fauo
rẽ, puta si t̃pe reperiretur exclusus, quod ↄcurrisset iudicio pen
dente, vt l. cũ quidã, ff. de bono. pos. vel vt morte præuentus an-
te quæstionem sopitã transmitteret ad hęredes, vt ff. de bon. pos.
ↄ̃tab. l. illud. §. fi. & de bo. libe. l. & si ex modica. §. j. & arg. eius, q̃d
nõ. gl. in l. pen. j̃. ad sille. Et cum istę. ll. probent, q̃d ex æquitate
transmittit si interim moriatur, sequitur, quod viuẽs non dr̃ adi-
uisse. Item sequit̃, quod si in lite obtinuisset, & lite sopita super-
uixisset, q̃d ex eo solo nõ possit conueniri, vt hęres, & si hoc est
vbi testm̃ dicit nullum, quia falsum, idẽ debet dici, si dicit simpli-
citer nullũ, vel iniustũ, q̃a p̃teritus, q̃a rõ non vr̃ diuersa. Secus si
petitionẽ hæreditatis proponeret, vt hic fuit. Quæro quare hic
nõ dr̃ animũ donandi habuisse. R̃ndet glo. quia nesciebat an ius
agendi sibi cõpeteret. Istud dictum non ad ea quæ proxime dixi
videlicet, ꝙ ex eo, ꝙ filius præteritus a patre dicit eius testm̃ nul
lũ, non propterea est præsumendũ, ꝙ sciat sibi hoc ius agendi cõ
petere, & sic dr̃ adire, subiungit gl. q̃d transigẽdi animo dixit, sed
aduersarius non admisit vel tacuit. Et istud vltimũ pondera, q̃a
multoties enenim practica nã multoties dicit quis, si tu vis mi
hi sic facere sum cõtentus, & ille tacet, nã hic habes, quod vbi al
ter tacet, & non r̃ndet verba illa habẽtur pro non dictis. Nec po
stea pars aduersa põt dicere ego sum contentus, vt ille teneatur
4 acquiescere. † Opp. quod hęreditatẽ q̃sitã repudiare possit, vt ff.
eo. l. ei qui, & insti. de hære. quali. & dif. §. sui. & vt in gl. 4. quod q̃-
sita per agnitionẽ respuere non põt, vt hic, per existentiã sui hæ-
rædis per agnitionẽ respuere non põt, vt hic, per existẽtiã sui hæ
redis sic, vt hic. Opp. 2. quod repelli possit: quia si non vi transa-
ctionis, saltẽ vi pacti gratuiti, vt l. postq̃. s̃. de pac. Solu. vt in ↄ̃trio.
Contra istã sol. facit q̃a transactioni inest pactum, vt l. vbi pactũ.
s̃. de transac. & no. super rubri. & sic insurgere debent leges q̃ di
sponunt, quod vbi tractatur de ob. tollenda, si non valet, quod
ago, vt ago, valet, vt potest, vt. l. an inutilis, ff. de accep. s̃m vnam
lecturã, & ff. de pac. l. si vnus, §. si accepto latum. Et quia vbi ver-
ba nõ p̃nt stare proprie, sumunt improprie, vt res valeat, & non
pereat, vt. ff. de p̃scr. ver. l. insulam, & forte horum timore alia sol.
datur in gl. videlicet, ꝙ hic non submouetur ab aliis, qui non in-
terfuerunt pacto, sed ab illo cui pactum fecit, sic vt in ↄ̃trio. arg.
ff. de pac. l. si vnus, §. ante omnia, sed q̃a l. ista loquitur de illo cum
trãsegit, & nõ de alio, ideo gl. dedit aliã so. quæ tñ in gl. est quar-
ta in ordine, uidelicet, ꝙ vi pacti repellitur, vt in ↄ̃triis, s. ab agen-
do, & a rerũ petitione, sed non submouetur, quin sit hæres, ut hic.
Nã semel hæres desinere nõ põt, ut ff. de mune. l. & si sine. §. sed i
ista nõ est intentio huius literę, q̃ est, ut a rerum petitione nõ sub
moueatur. Quare gl. dedit aliam so. uidelicet, ꝙ hic trãsactio nõ
ualuit, ut transactio, quia nullo dato, ut in litera, nec ualet ut pa-
ctum gratuitum, quia instar habet donationum, & non habuit
animum donãdi, quod patet, quia gratis fecere uoluit, q̃a aliquid
ibi dari uoluit, ut in exemplis gl. & ideo non ualet, ut potest, q̃a
esset ↄ̃ uoluntatem transigentis, qui gratis ualere nõ uoluit, nunc
uales replicare, quod hic remisit animo transigendi, quia s̃m gl.
quod errauit, putans transactionem ualere, quę nõ ualuit. Vnde
error, q̃ est in transactione, uitiat etiam pactũ & transactionẽ, &
confessionem secutã animo transigendi. Et hę uera so. sic decla
ra, & hę locũ ubi transactio nõ tenuit, nec animo donãdi facta
fuit. Aliæ so. locum habent ubi tenuit, & aĩo donãdi facta fuit.

ADDITIO.

a †Videtur adiuisse hæreditatem. Bal. hic no. de hoc nu. 4. uer. 4. notãbile quidã, ut Bar. de quo uide eũdẽ Bar. in l. cũ quidã. ff. de bo. pos. & Bal. & Ang. in l. cũ filius, ff. de cõd. ob causam, ubi dicũt, quod ista non est alibi ad hoc, quod hic dr̃.

LEX IIII.

1 *Heres an per repudiationem desinat esse hæres.*
2 *Repudiasse hæreditatem confitens in iudicio, an sibi prę iudicet, & nu. 3.*

a
1 Sicut. Casus. †Semel hæres repudiando non desinit, & ecõ-
tra, & confessio facta ad proprium commodum nihil
operatur, secundum Iac. Bu. vel confessio in his quæ solo animo
& verbo non possunt induci, nil operatur. hoc dicit. tex. Ibi repu
dias. Collige, quòd repudians non erat suus, quia repudiatio pro
prie est extraneorum, vt no. super rub. suus enim abstentionem
quam fecit reuocare potest, vt s̃. e. l. j. & 2. Et sic litera ista in prin.
ei non conuenit. Not. quòd hæreditatem repudiatam quis po-
stea adire non potest. Item ꝙ confessus in iudicio se hæredem es
se, qui iã repudiatam quis quęrere possit, vt j̃. e. l. fi. & ff. ad treb. l.
2 nam quod. §. i. So. fallit in his casibus, vt in glo. †Op. ij. quod con
fessus se repudiasse, vel repudians in iudicio sibi præiudicet, vt l.
postquã. s̃. de pac. Sol. vt in gl. videlicet, quod præiudicium eius
ad cuius instantiam, vel eius respectum sic est confessus, sibi præ
iudicat vt in contrario: non respectu aliorum, qui non consense-
rũt vt hic. arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. Itẽ, quod ↄfessio
facta ad fauorẽ ꝓficientis ei non ꝓdest s̃m Ia. but. Alij, vt Iac. de
Ra. & sequaces dicunt, q̃d ibi de renunciatione litis, hic de repu
diatione hæreditatis, quæ quo ad neminẽ nocet ex quo iã est adi
ta, q̃a amplius repudiari nõ potest, vt hic. Aliqui moderni dicunt
quod simplex repudiatio non nocet creditoribus, nec confessio
repudiationis de præsenti, sed de preterito bene nocet, quo ad
aduersarium, licet non quo ad alios, vt in gl. istorum sol. videtur
colorata. Sed attende, quod sicut non valet de præsenti, ita non
valet de preterito, nisi & illud preteritũ antecedat tempus, quod
dicitur eum agnouisse, & tũc aduersarius simul fateatur illud ve-
rum esse, quia non tam illius confessio, quam ꝓpria sibi præiudi-
cat, alias si aduersarius non idem fatetur, illius ↄfessio ei nõ p̃iudi
3 cat, vt in solutione p̃cedenti. †Op 3. quod ↄfessus in iudicio non
tm̃ certã quãtitatem p̃iudicet, alias, etiam si certũ q̃d aliud, vt
ff. de ↄfes. l. certũ. Sol. vt in seq. gl. q̃ ↄfitetur contrarium, de quo
in l. j. j̃. de confessis. Op. 4. de l. si filius. ff. de interr. act. Sol. vt ea.
glo. in fi. s. quod non sit hæres, sed pro hærede habetur, vt ab ad-
uersario conueniri possit, non quo ad alios. Quod intellige, nisi
sit talis qui repudiationem possit reuocare, vt supra eo. l. 1. & j̃.
eo. l. fi. quia tunc licet non vi confessionis, tamen ex vi nouæ adi-
tionis per confessionem declaratæ etiam quo ad omnes habetur
pro hærede. Quæro, quare repudiatio hæreditatis iam aditæ non
valet facta in iudicio, & dic, vt in gl. fi. & adde, quod supra dixi.

ADDITIO.

a ¶Sicut. Add e Pau. de cast. hic qui dicit istam esse bonam l. pro puellis q̃ maritantur a fratribus, qui faciunt sibi renunciare hæreditatem paternam, in locis in quibus fœminę succedunt, sicut masculi, nam si filia adiuerat vel se immiscuerat, & postea dicat repudio ad instantiam fratris, nihil valet repudiatio, & ea non ob. potest partem suam a fratre reuocare, sed si dicat renuncio, & dono tibi partem meam, & omne ius, quod habeo in hereditate paterna, bene tenet renunciatio, & hoc dicit menti tenendum, & idem voluit in l. si actionẽ. s̃. de pac. & in l. pactũ. s̃. de col. vbi dixit, q̃d si sunt plures fratres, & vnus renũciat alteri, quod per illam renunciationem videtur adiuisse, & successiue donare, ar. l. illud. ff. de acqui. hære. & idem voluit consil. cccviij. inci. in Christi nomine uiso puncto, sed in hoc vltimo dicit Alex. quod Io. And. sentit contrariũ in addi. ad Spe. in tit. de tes. §. i. in addi. incip. Vbertus, & idem sentit Bal. in l. si defunctus. j̃. de suis, & legi. per l. fuit quæstionis. ff. de acqui. hę. tu de primo dicto Pau. vide Bal. consil. xlvi. iii. li. inci. uerba institutionis, & qualiter differunt renunciare, & abdicare a se hæreditatem per uiam repudiationis, & renunciare per viam donationis, uide So. consil. clxxxiii. inci. eleganter sunt omnia discussa. uersi. sed tamen premissis, in 2. par. char. lv.

LEX V.

Pupillorum. Pupillus sine tutoris autoritate non po-
test repudiare. h. d. Op. de. l. cum pupillus
ff. de condi. & demon. So. vt in glo.

LEX VI.

1 *Suus quando abstentionem reuocare possit, & quando non.*
2 *Suus an vsq; ad annum ad hereditatem maternam admittatur.*
3 *Minor restitutus quando possit recuperare.*

2
a Si quis suus. Casus. † Suus abstentionem non reuo-
cat, vbi res sint alienatæ, nisi beneficio mi
noris ętatis, ubi aũt nõ sunt alienatę, reuocare p̃t usq; ad triẽniũ,
q̃d minori currit post eius uigesimũ nonũ annũ. h. d. E primo q̃ñ
res sunt alienatæ. Scdo excipit a primo dicto. scd̃a ibi, si nautem
res tertia ibi, sin autẽ adhuc. Scd̃a subdiuiditur in duas, ut patet
solutio in textu. Ibi obseruabit, dic, & hoc ubi est maior ętate.
Nã si minor est, dic, ut hic in fin. uersi. nisi q debet iungi, & ibi
utili tẽpore, cuius loco est hodie quadriẽniũ ↄtinuũ, ut l. fi. s̃. de
tempo. restitu. Oppo. cum gloss. 2. de lege. 2. & 3. supra. de iur. &
fac. igno. Sol. quod hæc in suo, illa in non suo, & hę uera quo ad
contraria. Oppon, quod inutili tempore constituto non subue-
niatur, nisi per restitutionem in integrum, ut l. ea que. s̃. de temp.
resti.

ADDITIO.

a ¶Si quis suus. Sed quæritur ab beneficium istius l. ad suos hæredes, filius qui se abstinuit ab hæreditate paterna, transmittat, dic, quod non, ut p Soc. consi. cxvi. ic. nõ p̃t negari uersi. 4. hęc opinio circa principiũ i i parte char. clxxxv.

rest. Sol. quod hic est sp̃ale, vt in gl. Et põt esse ratio, q̃a hic, & ma
stamento confirmato per edictum,a rg.s̃.de rer.perm.l.ex placito.
& ff.de pac.l.legitima.& de noua.l.si ita.& l.cum eum.Bar.ff.eod.
l.si quis pecuniam.dixit,quod in casu expresso in edicto locũ ha-
bet actio in factum, puta quando omittit,vt ipse possideat.vt ff.e.
l.j. Sed in casibus in quibus extenditur per iurisconsultos petan-
a tur vtili actione ex testamento,vt s̃.eod.l.j.Bald.vero dixit [a] quod
si agitur contra adeuntem tũc agitur vtili ex testamento, quia ex
suo quasi contractu tenetur, aut agitur cum non adeunte, & tũc
quia agitur simpliciter ratione fraudis, nec aliquis quasi contra-
ctus intercessit, & tunc agit̃ actione in factum ex edicto propter
testamentũ, tamen hinc est, quod contra hæredem eius non da-
tur,nisi quatenus ad eum peruenit, & tamen actio ex testamento
daretur.vt ff.eo.l.de libertatibus.§.hæredem.& est inter hæc vtilis
differentia,quia competit vtilis ex testamento,vbi cõpetit rei vẽdi
catio,& hypotecaria, ac si testamentum aditione esset confirma-
tum,sed vbi in factum, tunc sola personalis in factum competit,
quia ex delicto non competit rei vendica,nec hypotecaria,vt no.
in l. rescripum . ff.de pac. Item quia actio ex testamento est bene-
fi.& in ea venisit accessiones ex mora,sed actio in factum est præ
cise stricti iuris secundum Bal.de Perusi. Quęrit̃ ad quid hoc edi-
b ctum [b] sit vtile fideicommissario vniuersali , cum ipse possit cõge
re hæredem adire,& restituere ex Trebel. vt l.nam quod.secundo
respon.ff.ad Tre. Respon.quod expedit plura remedia habere, &
potissime si hæres decederet priusquam adire cogeretur, quo ca-
su cessat Tre.l.ille a quo.§.si de testamento.in fi. & tũc enim opus
erit hoc edicto, quod no.

ADDITIONES.

a ¶Baldus uero dixit.Adde,quod opi. Bal.sequitur Ang.in l.j.§.lex Falcidia , ff.ad
l.Fal.& Pau.de Cast.in l.j.supra eodem.
b ¶Ad quid hoc edictum.De hoc edi.uide p Spec.de test.§.j.uer.item plerunque.

De indicta viduitate, & l. Iulia miscella tollenda. Tit. XL.

Quia legata,de quibus est dictum s̃.relinquebant̃ mulieri sub cõ-
ditione si vidua remaneret , & super hoc quædam fuit facta l. mi-
scella,quia autor,vel promptor eius sic vocatus fuit, & quia lex il-
la displicuit.ideo ponitur hæc rubrica,quæ habet duas partes.

LEX PRIMA.

1 *Conditio viduitatis non spernenda .*
2 *Conditio viduitatis quando sperni poßit.*

LEgatum. Cõditio viduitatis in ꝑsona alterius,
quam legatarii,potest opponi, & nõ
amittitur. h.d. In tex.ibi alii.dic quod ĩ eius ,in cuius
1 ꝑsona apponitur ꝯditio.† Nota,quod conditio vidui
tatis non spernitur si in persona alterius,quam legatarii appona-
tur.Oppo.cum gl.de l.proxima.& de l.cum tale. §.si arbitrio.& §.
Mæuiæ.ff.de cond.&demon. So.ibi conditio fuit apposita in per
sona legatarii,hic tertii. Oppo.etiam si in persona alterius sit op-
posita,idem censeatur,a sic in persona legatarij, vt ff. de condi. &
demõ.l.auia,§.Titio. & l.hæres . So.vt sequitur in gl.quod hic,q̃n
nulla est fraus , vel fraudis presumptio . ibi quãdo fraus presumi-
tur,quia per indirectum legatum tendit ad impediendum matri-
monium, quod est in casibus. puta si ad mulierem legatum redi-
re debuit , vel extraneus legatarius de restituendo ipsi mulieri, in
cuius ꝑsona ꝯdõ erat apposita,erat grauatus,vt d.§.Titio. vel quia
ille,cui relinquitur potest de iure , vel de facto saltem ob nimiam
reuerẽtiam impedire matrimonium,vt d.l.hæres.nam his casibus
fraus de persona ad personam præsumitur , ideo conditio,si non
nupserit,spernitur,vt in contrariis. † Et ex prædictis habes duos
casus,quia quandoque conditio apponit̃ in persona legatariæ,&
spernit̃.q̃nq; tertii,& non spernitur nisi fraus præsumat̃. Adde &
tertiũ videlicet,q̃n mixtim legatur extraneo,& mulieri, sed con-
ditio in ꝑsona mulieris tantũ apponit̃, & tũc in muliere tm̃ sper-
nitur

nit.& nõ in extraneo,nec patri mulieris fit accretio.vt ff.de conditio.& demõstrat.l.mulieri,& titio.ibi glo. bona, & hoc ne fiat accretio contra voluntatẽ testatoris,q̃ conditio spreta nõ voluit deberi.ac ẽt,qa mulier admittiẽ de iure spãli ꝯ cõe. & his rõnib⁹ duabus simul iũctis non obstat huic tertio casui,vt l.filiũ. §. fi.ff. de leg.pstan.& hoc in legato.In hrẽdis aũt institutione ius accrescendi locum hẽret pp regulam, ius nostrum. ff. de regulis iu.

LEX II

1 *Iura quot sint,& quod unumquodque:*
2 *Nuptię infra tempus luctus prohibitæ.*

1 Ambiguitates. †Pro euidẽtia pmitte, qđ quatuor fuerunt iura.primũ antiqssimũ,ſm ꝙ conditio viduitatis non spernebaẽ.sed erat seruanda testatoris voluntate potius attenta. Scđm ius fuit primum corrigens, & disponens.qđ cõditio illa remitteretur mulieri ad vtilitatẽ rei.quẽ pp omissionem nuptiarũ destituebaẽ pbis viris,ac ẽt iurib⁹. Tertiũ ius.l.iuliæ miscellæ sic dictũ,qđ emanauit a Miscello cõsule q̃ considerauit cãm huius remissionis,q̃ erat sobolis procreãdæ.iõ pcedens ius restrinxit,vt mulier petens eã nubere,ipsam ob aliã causam non nubet,q̃,vt studeat liberis procreandis, & si post annum petebat legatũ, præstabat cautionẽ mutianã.s.de nõ nubẽdo. aliàs restitueret legatũ, vt in gl.sed q̃ro aŋ annum sufficiebat iuramẽtũ pdictũ,& nõ post annũ, nõ declarat gl. nec ego video, nec hoc clarũ hẽmus,& ego puto,ꝙ pstabat cautionẽ si repireẽ, ꝙ ob aliã causã nuberet,q̃ liberorũ pcreãdorũ.& tũc restitueret legatũ.Quartũ fuit ius.l.ꝙ ꝯsiderauit, qđ iuramẽtum ꝯ naturalẽ stimulũ carnis de facili inducit piuriũ,& ꝙ nã imperat quodam mõ mulieribus,vt nubant,iõ disposuit, vt nõ iurent nec de resti
2 tuẽdo caueãt.†Nuptias tñ phibet fieri.ĩ.tps luctus,ꝙ tps est annus,& si existẽt filii primi mrimonij,dũ nubit mr solũ hẽbit vsũ fru.nõ pprietate ſm.l.de sec.nu.loquẽtẽ.Erit & qntũ ius de quo in auth.q̃ seqt.Hoc pmisso hæc l.summaẽ sic.Cõditio q̃ viduitatem inducit,uitiaẽ,& non vitiat.l.iulia miscella cũ iuramento,& cautione mutiana quæ præstabatur,cessat.h.d. No.ꝙ leges non debent dare causam periurio. Not.etiam,quod natura mulieres genuit,vt partus ederent,& filios procrearent.

AVTHENTICA.

1 *Conditio viduitatis non spernitur,& legatum ei debetur.*
2 *Ingressus monasterij facit cessare spem carnalis matrimonij.*
3 *Virginis,& corruptæ,an sit idem priuilegium.*
4 *Nec,dictio,conditionem facit.*

1 Cui relictum. Casus.†Hodie conditio uiduitatis in vidua non spernitur,& legatũ ei forma hac l. statuta debetur. h. d. In text. ibi alia.subaudi sub conditione,nec secundas ineat nuptias, vt sequtur ibi præstita cautione.nisi testator illam remiserit, vt in corpore. §. qui uero.ibi restituendæ personis nominatis.in §.quæ vero: ibi,alioquin scilicet,si sit suspecta, ibi potest. alias committeretur eius iuratoriæ cautioni pterquam in legato vsusfructus, qui apud hrẽdẽ remanet cũ prestatione tertiæ centesimæ, vt d.§.q̃ vero. No.ex fin. ꝙ conditione defecta perfectũ legatarij dñiũ rei interim solutæ trãsferẽ ipso iure in hrẽdẽ.Itẽ no. formam cautionis mutianæ, qa alia est forma mobiliũ,alia immobiliũ.Itẽ no. ꝙ ubi leges volũt
a staẽ iuratorię cautioni[a] vel nudę pmissioni,intelligaẽ cũ hypote-
2 ca bonorũ.†Itẽ no.ꝙ p monachũ,vel ingressum [b] solẽnẽ mona-
b sterii cessat spes carnalis mrimonij,ut hic coniuncta glo.& uide ꝙ ista uerba negatiue prolata,si nuptias non ꝯxerit, ad carnales tm̃ restringunt,sed affirmatiue plata de carnalibus, uel spũalib⁹ intelligũẽ,vt in Auth. de sanc.epi.§.& hoc de parte pñti.& fauore uitæ ꝯtemplatiuę operaẽ utrunque.Op.de l.pcedẽti.So.ꝙ hæc corrigit illã in eo,qđ illa pmittebat ei statim petere legatũ, vt in gl.3.cui adde.Itẽ corrigit in eo,qa hæc ꝯditio,ne nubat,ibi spernebaẽ in uidua,hic nõ spernit,& huius noui iuris pt eẽ rõ,qa illa q̃ vnico mrimonio ẽ ꝯtẽta,ẽ exẽplar honestatis, & pudicitię. & expedit reip.magis bonũ honestũ,q̃ multiplicatio hoĩm ex inhonestis moribus procedentiũ,& hoc bonũ publicæ honestatis,& ꝯtinẽtiæ ꝯsiderauit hoc ius nouissimũ,cui applaudebat ẽt testatoris voluntas.Opp.ij.de l.cũ tale. & l.quoties,& l.titiæ. ff.de cõ.& demõ.Sol.ut in gl.fi.qa alij dicũt alias leges loq.ut in virginibus,vel alias non nuptis,in qbus iura antiqua, & l. præcedẽs sũt seruãda,hic in iam nuptis.vt patet in prin.huius l. vnde, qđ non mutatur,stare nõ prohibetur.vt ĩ.de app.l.precipimus. Alij dixerũt,ꝙ hoc corrigit in uidua,ut hic,qa in sua uirginitate cõseruãdæ sunt,cũ status virginũ sit felicior q̃ ꝯtrahẽtium,vt in authen. de leno.§.j.primã cõiter tenẽt doc. vt legum correctio euitetur. Itẽ,qa p identitatẽ rõnis nõ inducitur correctio.l.vt not.in l.tam his.§.j.ff.de do.causa mortis.Et hæc fuit ratio Iac.Butr. sed mihi istæ rõnes non placent, nam, & propter identitatem rationis, & indubitanter propter maioritatem inducitur correctio legis, ut probatur ex not. per glos.in authenti.preterea. supra.unde uir,& vxor.& plenius hoc demõstraui in l. 2. supra. de noxa. ideo melior responsio est,qđ ratio nõ est eadẽ,sed diuersa. uidelicet,qa lex reputauit secũdas nu.ualde odiosas.vt in Aut.de nu.
3 §.solutũ.igiẽ prima pars uera in virgine.†Quero qd in corrupta, siue concubina, dixit Pe.idem quod in virgine, quod forte etiam voluit ista gl.dum dicit,vel ei,quę nunquam nupsit. sed Ric.Mal. tenuit contrarium,ne plus consequatur luxuria,quam castitas,vt in auth.de resti.& ea,quæ parit.§.fi, Præcedens pars vr̃ tutior,si rõ dicti in præcedenti est odiositas secundarum nuptiarum.Nam testator, aut ignorauit eam luxuriatam, & sic virginem putauit,ergo ſm eius opi.idem quod disponitur in virgine habemus iudicare;aut sciuit eam luxuriatam,& tunc quia præsumptio est,ꝙ similia committat, quia semel malus præsumitur semper malus in eadem specie,vt l.si cui.§.eisdem.ff.de accu.& in c.semel malus.de re gu.iur.lib.vj. & ad sic committendum legatum vr̃ immutare.ideo conditio vr̃ spernenda.arg.l.reprehendenda.s̃. de condi.insti.& iura antiqua sunt seruãda, ex quo cessat odiositas secundarũ nuptia. Quero tex.iste dicit, ꝙ præstat cautionem rei cum fructibus restituendis.vnde quærit de quibus;& respondeo præteriti temporis, vt in gl.&c.alia dic,vt in ea gl.Ex qua collige, ꝙ titulus dispensatiuus non excusat a fructibus perceptis,& consumptis,sed non di-
4 spensatiuus sic, vt s̃.de hære.auth.idem de Nestorianis.† Vltimo collige ex litera, ibi ne secundas ineat nuptias.quod dictio ne,facit conditionem, quia ponitur pro si, non ideo cautio mutiana præstatur,sed contra,quod facit modum,& exponitur, prout nõ, vt ff.de acq.pos.l.qui absenti.§.si quis.& ibi gl.&probatur ff.de le. 2.l.cum pater.§.Titio.& dixit,quod si res tradatur ea.l.nec alienetur,quod est modus,& non conditio.Sed dic secundum Bar.aut illud,quod sequitur dictionem ne, est explicandum postea, & tũc facit modum,vt ff.de cond.& de.l.cum tale.§.Titius. In dubio potius sonat in modo.arg.ff.loc.l.quero.§.inter locatorem.Sed dicet quid si hic facit conditionem,quomodo cautio mutiana præstatur, cum spes nuptiarum possit in vita deficere, non per tristem euentum, sed per fauorabilem,quia per monachationem, vel sacerdotium.vt supra dixi. ergo nec volens præstare cautionem debet audiri,vt ff.de condi. & demonst.l.cum tale.in principio,& §. Titius.& no.s̃.ea.l.proxima. Sol.ꝙ in prædictis morti ciuili æquiparantur quo ad corpus, vt l.Deo nobis.s̃.de Epis.& cler. licet nõ quo ad animam. vt in contrario. & sic tristem euentum corporis inspexit mutuis.quod no.

ADDITIONES.

a Iuratorię cautioni. Adde Bart.post gl.& doc.in l.vsufr.supra,de vsufru.& ibi do. Alex.Item adde,quod si quis non potest dare fideiussorem,excusatur a tutela l. si quis inter,§.imperator,de excu.tut.l.fi.in fine,ff.de suspec.tut.secundum Bal. in lege prima,in fine, supra quod cum eo, & per consequens tunc non sufficit iuratoria cautio,ad idem, vide quod no.Bald.in d.l.fi.supra,ꝙ cum eo,& habes post Bar.in lege frater.supra,de exc.tut.& an,& quando,& quibus casibus cautioni iuratoriæ standum est, & quando non, & an debeat iurare de credulitate, se non posse inuenire fideiussores, ut iuramentum non sit temerarium veritatis,asserendo,quod sciri non potest, & an iurare debet motu proprio, vel ad delationem iudicis.Vide pulchre no.per do.Soc.consi.231.inci.cum in præsenti consultatione,ver.1.probatur,cum alijs ver.seq.in 2.parte,char.109.

b ¶Vel ingressum,sed quid si relinquitur mulieri sub conditione, si monasterium ingrediatur;an dicatur indicere viduitatem,& spernatur.Respon.ꝙ sic,secundum Bar.in consi.incip.domina miniata,& Bal.hic ad istam auth. in uersi.an relictũ indicens viduitatem teneat.Vide Bar.in lege prima,versi.sed pone prior, de secun.nup.vide tamen Pau.de Ca.qui reprobat dictum Bar.in l.Titio centũ, in prin. quia illa non indicit specialem viduitatem,licet auferat carnalem,quia vita contemplatiua altior est, quam temporalis, nec reputatur contra tempu. quia non sunt preferendę corporibus.l.sancimus,de sacrosan.eccle.& per Soc. in consi.35.incip.circa prædictam consultationem, circa medium, 2.colum.in prima parte,char.170.& do.Alex.in apostil.in d.l.Titio;dicit bene fuisse iudicatum contra Bar.in casu dicti consilii.

LEX III.

1 *Conditio viduitatem inducens in masculis spernitur,sicut & in fęminis.*
2 *Relictum viro,vel mulieri si ad viduitatem peruenerit, an expectari debeat conditionis euentus.*
3 *Vxor,cui relinquitur victus, & vestitus quandiu in domo viri caste vixerit, an debeat vidua permanere,& nu.seq.*
5 *Vestimenta annua uxori relicta qualia esse debent.*

1 Legem. † Conditio,quæ viduitatem inducit sicut spernitẽ in fœminis,ita & in masculis, & relictum in casu viduitatis futuræ debeẽ statim in euentu ipsius.h.d.Expone textũ in prin. ibi, & ad sensum nostrę l.idem de mente nostræ l.scilicet præcedentis erat,vt id,quod disponebat in fœminis, intelligeretur etiam in masculis.Ex quo no.arg.vt l. expressum corrigens in
a vno de correlatiuis,[a] intelligitur ex mente corrigere, & in alio,si subest eadẽ ratio,ut hic.nã rõ mutandi, & corrigendi fuit libertas mrimonii,& euitatio piurij, & vt multiplicareẽ respub. in lẽmis viris,sed hæ rõnes,ita locum hñt in masculis,sicut in fœminis,ergo,&c.& pro hoc quod dixi de correlatiuis. bñ facit.ĩ.de fruct.& lit.ex

ADDITIO.

a ¶De correlatiuis.Ad materiam correlatiuorum. Vide vnum quod dixit Bar.in l.j. ff.quod metus causa.& in l.liberorũ,§.notanter,ff.de his,qui notantur infamia, & in l.militum interest, de verbo.obliga. & quod in correlatiuis uno correcto corrigitur & reliquum. Vide per Petrum de Anch.in c. canonum statuta, in x. char.uersi.ulterius quæro utrum ista correctio.& ibi refert Bal. hic,quem sequitur,& uide nota.per gl.Bar.& Bal.in auth.qui semel,infra quomodo,& quando iudex.an,& quid in correlatiuis sit prius actiuum,uel passiuum. Vide Bal.in ru. supra,de re.credi.item ad prædicta, adde Soci.consi.l.inci. & nos introducere, uersi.6.confirmatur,quia in j.par.char.228.

& lit.ex.in l.fi.&ff.de cupres.l.j.li.xj.& ff.de resc.ven.l.cũ emptor.
a & de accep.l.fi. † Quæro, quid si relictum esset viro,vel mulieri si ad viduitatem peruenerit, & perpetuo in viduitate vel celibatu permansit.Resp.gl.ꝙ non expectaretur conditionis euentus,idest implementum, nam pars prima.i.quæ in viduitate perueniat.sed ꝙ perpetuo manet non expectetur secundum tempus huius l.Sed subiungit glo. hoc est hodie correctum per authen. cui relictũ.in
3 prin.s̃.eodem. † Quærit gl.de casu quotidie occurrenti,relinquit
a maritus vxori uictum,& vestitum.[a] quandiu in domo sua caste vixerit.& dicit,ꝙ ei mandari vr̃,vt vidua permaneat.& sic habet locum auth.cui relictum. vt infra annuum legatum non perdat postea petita cautione. Sed doct.ꝯ.quia in auth.cui relictum.condõ ad originem legati apponitur.hic ad eius perseuerantiam.Et ideo dicunt,ꝙ hic pro tempore præsenti legatum est purum,pro sequẽtibus conditionale,vt sic,donec vidua erat legatum percipiat.postea nõ, vt l.legatum. & l.filiæ.ff.de an.le.& s̃.de secun.nup.auth. hoc locum,& sic cautio non erit necessaria,cum heres,qui habet soluere continue sit cautus exceptione.arg.vt in pos.leg.l.j.§.si de
4 bitori.† Quæro, an prædicta locum habeant in institutione hæredis? puta si maritus instituit vxorem,quandiu caste,& honeste vixerit,an cautio locũ habebit.& dicit Bal.ꝙ sic, quia institutio hæredis est vnica,& perpetua,cum pro parte temporis non possit paganus decedere itestatus,& pro parte testatus,& sic annua,vel tẽporalis non potest esse institutio,vt l.miles ita.§. & quia.ff.de mil. testa.& l.hæreditas.ff.de hered.institu. Vnde pro futuro tempore cauendum erit,s̃.de l.fi.in fi.cum ibi no.Quod placet mihi,vbi habet substitutum, vel cohæredem,cui sit cauendum. sed vbi nullũ ex his habet,non vr̃ cautio locum habere posse, quia non potest desinere heres esse, ne reperiatur defunctus pro parte temporis in testatus.cogita,& vide quod dixi in l.extraneum.s̃.de hæred.insti.
5 † Quæro,supposito themate gl.qd si vxor, cui maritus relinquit donec in domo caste & honeste vixerit,acceperit nouum maritũ, an tunc expirabit legatum. Doc.quidam dicunt,quod expirat pp illa verba,in domo nostra, dicentes secus si illa verba non fuissẽt apposita,quia per matrimonium dr̃ caste, & honeste viuere. arg. ff.ad Treb.l.mulier.§.cum proponebatur.Sed Bal.tenet,quod idẽ esset si illa verba in domo nostra nõ fuissent apposita,quia, & tũc dicit legatum non deberi. Nam per secundum matrimonium anima prioris mariti tristatur,vt in auth.de nup.§.quia vero.ideo verba a marito prolata intelligi debent de plenissima castitate, p quã anima mariti eodem quo imaginatus est permaneat, non de illa quæ sibi tristitiam afferat: & sic de illa in qua eam relinquit, cum vires legatũ sumere cępit.secus si nõ a marito, sed ab alio q̃tũcunque ei proximo sub his verbis tale legatum fuisset prolatum.vt l. in ꝯrium alle. & hoc mihi placet. Sed quid si nõ adiecit illa verba caste,& honeste.& postea inhoneste viuat,an priuetur legato,& cui debeatur,respo n.vt scripsi ĩ.de fideicommis.l.fideicommissũ.
6 Quæro in themate gl. quando testator relinquit vxori vestitum, seu annua vestimenta,qualia debent esse hęc vestimenta? & breuiter dic,ſm statutum,& conditionem personæ,& maxime vidualem.argumen.l.quidam cum filium, ff.de verbor.obligatio. & ff. de vsufru.l.sed,& si quid.§.sufficienter.facit ff.de alim.lega.l.pe.in princip. & l. fi. nam eximia vestimenta non debentur, etiam si testator mandauit heredibus, vt eam tractarent honorifice prout ipse faciebat,quia ea, quæ gratia sui testõr in eius vita ei faciebat, faciebat ei, ut maritus gratia sui, vt ff.cõmo.l.si vt certo. §.interdũ. ergo,&c.ſm igiẽ bonam,& moralẽ consuetudinem,& non abusiuam debent ei vestimenta fieri. de aliis audies. ĩ. titu.ij. l.j. & potes addere,quæ dixi s̃.si secun.nup.l.j.Bar.hic, alias Bal. vnde non mirãdum si de eo ammodo mentionem non faciemus.

ADDITIO.

a Victum,& uestitum. Sed an, si tale legatum victus & uestitus sit factum per aliquem vxori suæ, debeatur extra domum, & an a principio anni, vel de die in diem,& qualiter fieri debeat, & quid si vxor efficitur religiosa,& an si est relicta executrix vna cum aliquibus aliis, possit exigere quoscunque debitores testatoris pro suis expensis necessarijs, uide plene, & pulchre per dominũ So. consi.10.inci. quamuis quęstiones supradictę, versic.circa quartam quęstio.& uersi. circa sextam.q.in prima parte, char.13.cum uersi.sequen.& consi.11.inci.circa pręsentem consultationem. uersi.circa secundam quęstio. cum uersi. seq.in d.parte.char.15.

De his, quæ pœnæ nomine in testamento, vel codicillis relinquuntur. Tit XLI.

LEX PRIMA.

1 *Pręcepta probrosa non sunt implenda.*
2 *Testator si præcipiat corpus suum scarlato inductum sepeliri,non tenetur heres implere.*
3 *Conditio turpis,& impossibilis non vitiat relictum,sed ipsa vitiatur.*
4 *Legatum sub conditione impossibili,an debeatur.*

a SVperuacuam. Primo ius antiquum tollit. Secundo nouũ adiicit. Tertio a nouo excipit.secunda ibi,sed literę.tertia ibi,ꝙ si aliquid.Casus.Relictum,vel in aliud translatum pœnæ nomine valet,nisi ob turpem causam, vel impossibilem con-
1 ditionem non impletam relinquatur.h.d.† Nota,quod turpia,& probrosa præcepta possunt negligi,& non sunt implenda. Itẽ,ꝙ turpia de iure æquiparanẽ impossibilib. de facto.& duo exempla
2 ponit hic glo.4.† Et secundo no.ꝙ si testator pcepit corpus suũ sepeliri in scarlato, ꝙ hæres potest non facere, & non incidit in pœnam,vt hic,& ff.de lega.j.l.seruo alieno.2.rñ.§.fi.Expone tex. ibi valere.i.posse,ibi ea.i.relicta.Opp.ꝯ id,quod de libertatib.h.d. de l.plane.§.fi.de le.3.Sol.vt in gl.Op.generaliter,ꝙ relicta in pœnam non valent,vt ff.eo.l.j.& de cond.& dem.l.mulcta.Solu.primo,ꝙ hęc corrigit illas,quasi illud ius vetus de quo fit hic sermo in prin.ꝙ hic corrigitur. Sed hanc so.reprobat Dyn.in ꝯrio,qm̃ de iure fforum poterat aliquid relinqui nomine penæ. vt ead.l.j. a sensu ꝯrio.& ff.de cond.& de.l.in testõ.& de pe.lega.l.j.& ff.ad l.fal.l.j.§.si ita.& ff.qñ dies lega.ced.cum fine. & l.si pęnam.Non ob.hęc l.in prin,quia de aliis iuribus antiquioribus loquitur,quę non habemus. Sol.igitur ꝯrium.vt sequitur in gl.videlicet,quod ibi nihil potest imputari grauato, quia ab eius arbitrio non pẽde
3 bat monumenti constructio.† Op.3.ꝙ turpis,& impossibilis cõditio vitietur,sed non relictum, vt inst.de hæredi.insti. §.impossibilis,& ff.de condit. insti.l.obtinuit.so.gl.ꝙ hic qñ grauato adijcitur conditio,ibi qñ honorato.& idem dicit in d.l.obtinuit.& ita etiam Dy.in c.nemo potest.de reg.iur.sed Pe.hæc so.non placuit, quasi sit contra literam in d.l.obtinuit.quæ dicit simpliciter haberi pro nulla.quare dixit ipse,ꝙ impossibilis cõditio in vltimis voluntatibus in persona cuiuscunq; adiecta vitiatur, & non vitiat, vt d.§.impossibilis.& d.l.obtinuit.licet in contractibus secus, vt ff.de verbo.oblig.l.si impossibilis.ad hanc l. respondet,ꝙ hæc cõditio non est impossibilis, quę legato adiicitur.sed est necessaria de iure,quasi negatiua concepta,si non fecerit.quę licet alias cõsueuerit haberi pro pura, vt ff.de noua.l.si pupillus.§.si sub cõditione.Tamen non habetur hic pro pura propter præcedẽtem dispositionem turpitudinem continentem,quæ vitiatur,& pro nõ apposita habetur, ad cuius vitiationem impediendam in fraudẽ l.testator pęnam adiecit, merito ergo præcedenti conditione vitiata ne detur occasio delinquendi.debet tolli dispositio sequẽs, trahens exitum ab ea, & eandem occasionem delinquendi in ducens,& hanc tenet Bar.in contrario.Opp.4.de l.reprehendenda, s̃.de insti.& substi.Sol.vt in gl.vel dic,vt supra. Opp.5.de l.si mihi,& tibi,§.si quis.ff.de leg.j.Sol.vt in gl.& eam tenet Dyn.in cõtrario, sed eam reprobauit Petr.propter impedimentum regulæ Catonianæ,& approbauit sol.ibi positã,scilicet,quod impossibilitas angustiæ temporis ibi remouetur,sicut in contractibus bonęfidei,vt ff.loc.l.insula,cum, & testamenta sapiant naturam iudiciorum, quæ sunt bonęfidei. arg.supra, de in integ.resti.mino. l.in mino.& instit.de act.§.in bonæfidei,& ita communiter tene
4 tur.† Concludo istam modo materiam sic, aut legatum debetur sub conditione impossibili de iure, vel de natura implenda per eum cui acquiritur, & valet impossibili conditione reiecta. vt l. obtinuit,ff.de cond. & demon. Aut debetur,si non fiat id,quod est impossibile, & tunc,aut, si non fiat ab eo a quo debeẽ, & tũc vitiatur legatum,ut hic in fi.aut si non fiat ab eo, cui debetur, & valet, vt d.l.obtinuit.aut debeẽ pure, sed impossibile est dare eo modo, quo testator voluit. & tunc impossibilis remoueẽ fauore vltimę voluntatis, vt d.l.si mihi,& tibi.§.si qs. quia sic est in ꝯctibus bonæfidei,vt dixi, licet in contractibus aliis stricti iuris non sapientibus naturam bonefidei,totum vitietur,vt insti.de verbo obliga.§.loca.& ff.de eo quod cer.loco. l.2. §.si quis ita.

ADDITIO.

a Superuacuam.In hereditatibus,vide omnino per Bar.in l.paterfa.ff.de cond.insti,& huic l.adde Bar.& doc.in l.j.de cond.& de.in l.in testamento.la j.eo.titu.

De fideicommissis. Tit. XLII.

Postquam dixit de legatis, annectit de fideicommissis,quæ in uicem differebant in multis.

LEX PRIMA.

1 *Pręstatio triennalis alimentorum facit legatum deberi in futurum, & num. 5.6.& 7.*
2 *Heres quando ex testamento minus solenni obligetur.*
3 *Legatum alimentorum ratione incertitudinis non vitiandum.*
4 *Legata pia ex voluntate minus solenni non debentur.*
8 *Libellus quomodo formandus sit,quando est minus solennis.*

a SI probaueris.[a] Præmitto, ꝙ hæc lex habet duas lecturas. vna, quod i testamento minus solenni loquatur, & hęc cõis. alia quod in testamento solenni, & hęc cõiter non tenetur, quasi de indubitabili, sed eã substinebat patruus, & dominus meus, vt infra dicam.Prima subdiuiditur in tres, quia vna vult, quod in ignorante soluente loquatur,alia quod in sciente. tertia, quod in titubante.

ADDITIO.

a Si probaueris.Limita hanc l.pluribus modis,vt per Ang.in repet.l.si certis annis, supra,de pact.& ibi do.Ale.de iud.& hanc l.extendit Bar.vt ibi vide, & hoc qđ dicitur in hac lege putat Bar.in lege certis annis,& in lege cum de in rem ver. ff.de vsu.procedere ẽt in legato ad refectionem viæ,& in aliis similibus fauorabilibus,vt ibi per eum. & idem tenet Bal.in d.l.certis annis, & cum Bar.transit Ange.& Fulg.in d.l.si certis annis,& idem tenet Bar.in quadam disputatione incip.quædam mulier,& An.de Bu.in repe.c.peruenit,in 7.col.de censi. & Io.de Imo.in l.si vero, in §.de viro,in 12.col.ff.sol.mat.& Ful.in d.l.cum de in rem verso,& Mathe.de Mat.in suo tractatu extensionum.

1 titubante. sed secunda melior. Casus.† Prestatio triēnalis alimen
torū concurrente fauore vltimę voluntatis facit legatū deberi ēt
in futurū ex voluntate minus solēni. h. d. ſm lectu. cōmunē. Vel
sic triennalis p̄statio alimentorū ex certa scientia fideicōmissum
eorum roborat, validū qualificat, & declarat, h. d. ſm do. meū. &
iste casus omnē lect. cōprehendit, & figura sic casum. Demetrius
matrē hæredē institutā grauauit, vt mihi daret alimenta singulis
mensibus, & vestiariū singulis annis. qđ mater p trieniū fecit,
sed nō vult vlterius facere. Egoque volo ipsam iudicialiter com
pellere, vt in futurū similiter faciat, quærit, an possem, & respon-
det, si tu probaueris &c. vt ista litera. Expone literam ibi, si tu, sci
licet fideicōmissarius. ibi, de matre, idest, a matre, ibi eā secutā. Et
ex hoc colligo, qđ scienter soluit. alias nō diceret seq. vt. j. ad l. fal-
cid. l. j. & l. fin. ibi, in tali cā. s. alimentorū. & vltimę volūtatis. ibi
triēnio. Hic no. qđ multū tpis est trieniū. Ibi in futurū, hic collige
formā libelli qn̄ agit pro annuis p̄stationib⁹. ibi in p̄teritū. post
2 tn̄ dictū trieniū, qđ nō soluit.† No. ꝙ ex testō nō solēni concur-
rente p̄statione triennali, & fauore alimētorū, & vltimæ uolun-
tatis hæres obligatur in futurū ſm lec. cōem. & si testm̄ sit solēne
obligat, vt simili modo & forma p̄stet ī futurū ſm lec. dn̄i mei, ꝙ
3 no. sed limita vt. j. dicā.† Itē no. quod legatū alimētorū nō vitiat
ratione incertitudinis, vt alias dr̄. ff. de iure do. l. cū post. §. genere.
& hoc ideo, qa alimenta ex modo facultatū, & caritate p̄sonarū
4 semper intelligunt certa. ff. de ali. le. l. pe.† Itē no. ꝙ legata pia ᵃ nō
a debeant ex minus solēni volūtate, qđ est ꝯ Bar. in l. i. s. de sac. san.
ec. ut latius ibi scripsi in 9. q. & hoc de iure ciuili. de iure canoni-
co secus. vt in c. relatum. & in c. cum esses. extra de test. & ibi ui-
de gl. Opp. j. a diuisione, qa aut uoluntas fuit solēnis, & tūc trien-
niū nō expectatur, aut min⁹ solēnis: & tūc si sciēter soluit, statim
ꝯprobauit: vt. j. l. proxima. & s. de testa. l. dubiū. Si aūt ignoranter
soluit, tūc ēt infinitis vicibus sibi non præiudicat. Sol. tribus mo-
dis, ut in gl. duo primi sunt idē, uel recidunt in idem ſm gl. Prima
igit sol. est, ꝙ uolūtas hic fuit minus solennis. sed hic soluit igno
rās. sed hoc est speciale, ut per triēnalē sol. sibi præiudicet. Ista sol.
non uidet tuta, quia in libertatibus erronea præstatio non p̄iudi
dicat. vt l. est testm̄. s. de iu. & fa. ign. ergo nec in alimentis cū liber
tates sint fauorabiliores. vt l. in testō. ff. de fidei. li. iō glos. dixit, ꝙ
hic vr̄ agnoscere soluendo p trieniū, quasi dicat, ꝙ pro agnoscen
te hr̄. & licet gl. uideat hic istam tenere, tn̄ non est p̄fecta, qa ver-
bū, videt, improprietatē no. vt s. de in integ. resti. l. nemo vr̄. & sic
supponit, ꝙ in ueritate ignorauit, vel saltem dubitat. Sed hoc est
falsum, qa imo sciuit, vt p̄batur ex illo verbo secutā positū ī tex.
vt s. eo. dixi, ideo gl. 2. in l. seq. dicit, qđ hic soluit scienter, & ita te
neo. Non obs. ꝙ tunc una sol. sibi præiudicat. ut dicit. l. nō dubiū.
qa verū in præteritis & solutis repetendis, sed non in soluendis.
Fallit alimentorum fauore, & vltimæ voluntatis cōcurrente triē
nali pręstatione, & non alias vt hic, & hæc vera. tn̄. & p̄cedēs sal-
uatur ex casu dubij. vt si de scīa nō cōstet, p̄sumatur in dubio ex
triēnali pręstatione ex certa scīa soluisse. & in hoc est ista sol. not.
Subiungit gl. ꝙ p euitatione ꝯrij aliqui dixerūt, ꝙ hoc testm̄ fuit
solēne. Et qa diceres tu, ergo nō dēt expectari p̄statio triennalis.
ipsi fatebantur, ideo hic subaudiebant maxime. Sed dicunt mo-
der. ꝙ hæc subauditio violat literā, & tūc hæc lect. eēt de īdubita-
bili ꝯ l. ꝙ labeo. de car. edi. Sed dn̄s meus eā substinebat multum
subtiliter, & dicit ꝙ ſm istā lec. nō dubitatur de substantia legati,
sed de quātitate, & qualitate, & mō p̄stādi, qa volebat hęres nūc
vel in futurū minus re, cā, loco, & tpe soluere, quā retro fecerit p
trieniū, ꝙ nō p̄t. vt hic ſm istā lec. sic declaratā, q̄ asserit tūc uerā
esse, qđ est no. qa ex hoc hēs, ꝙ si singulis annis dedit p trienniū,
ex cā alimētorū 4. curr⁹ lignorū, vnū castratū vni, vnū porcū sex
ponderū &c. nō poterit ista minuere, nec modū mutare ēt in lo-
co, & tēpore. & hac lec. p uera supposita dubito qn̄ sit listāda: vt p
cedat redditibus defuncti nō diminutis. & hoc iō, qa puto, ꝙ ali-
mēta relicta debeāt ex mō, & quantitate reddituū facultatū de-
functi, nō p ęstimatione rerū hr̄ditariarū, vt qdā voluit. & p hoc
iudico. ff. ad tre. l. imperator. in fi. ff. vbi pupil. edu. de. l. ius alimen
torū. §. modū. quē uide p declaratione p̄dictorū. alias de facili hr̄-
ditas ad exiguū reduceret. Nec ob. mihi. ff. de ali. leg. l. pe. in prin.
vbi dicitur, ꝙ alimēta ex facultatib. defuncti, & caritate persona-
rum debēt statui & eorū modus, quia illa. l. vt generaliter loqn-
5 ſm prædicta est intelligenda.† Opp. 2. ꝙ propter hanc pręstatio-
nē triennalem non propterea compellant in futurū. vt s. de vsu.
l. creditor. Sol. vt seqtur in gl. ꝙ hoc est speciale alimentorum, &
vltimę volūtatis fauore, arg. s. de sac. eccle. l. j. & l. patrē. s. de nup.
vbi cā alimentorū dr̄ pia. In cōtrarium vero est totū econtra, ꝙ
cā usurarū est odiosa. ut in eo. titu. l. fi. & l. quāuis. p̄terea ibi usu-
ræ forte nullo iure erant debitę, licēt ex consensu quandoq; p̄-
stitæ ut ibi patet, hic alimēta uel vtroque iure erāt debita si testa
mentū ponas solenne, vel saltē naturaliter si ponas illud minus
solēne. & sic facilius inualidum ualidatur, quā nullū de nouo in-
ducat. vt s. de rei ux. ac. l. unica in prin. & arg. s. q test. fac. pos. l. fu-
riosum. Op. 3. ad idē. ff. Ad l. fal. l. qđ de bonis. §. 2. So. ut in gl. prīo,
qa ibi duob. annis tm̄ p̄stitit, hic trib. hic no. solū facti nō iuris di
uersitatē, iō nō tenet. Scđo ꝙ ibi voluntas erat ꝯ l. hic præter. &
finib. prohibitionis, sed ultra processit dādo modum infirmatio
nis, & detractionis, quo seruato resecat ipso iure. aliās legata re-
manent firma. & iō sequēs vera, coniūcta tn̄ cū prima. s. qđ triē
nalis p̄statio interuenerit. & hoc qn̄ testamentū fuit minus solē
ne, & solū esset qō de qualitate, vel modo, ut sunt hic ſm lec. dn̄i
6 mei. & tunc ꝯriū nullo mō obs.† Oppo. iiij. ad idem de l. si certis
annis. s. de pac. So. ut in gl. primo ꝙ cōstabat soluēti nudū fuisse
pactū, iō sibi non p̄iudicat. hic dubium erat, an esset solēnis, uel
nō. Et ſm hoc hic loquitur indubitāter, & erit nouus intellectus.
in l. Sed truffa est, quia in sciente hic loquitur, ut superius dixit.
& probat litera ista in uerbo, secutā. Itē de ignorante, & tituban
te idē est iudiciū, vt. l. fi. s. de condictio. inde. dic igit, ꝙ hic in sciē-
te. sed speciale est fauore alimētorū, & ultimæ voluntatis ꝯcurrē
te triennali p̄statione, ut dixi. Ibi uero in ꝯctibus inter uiuos, in
7 quibus creditor sibi plenius p̄uidere potuit.† Oppono quinto,
quod iudex nō posset ꝯdēnare in futurū, qa de eis nō p̄t esse iu-
dicium. vt ff. de iu. l. queādmodū. de usur. l. j. So. in glo. hic de iu-
re pręsenti agit, ibi ex iure futuro, ꝙ fieri nō p̄t, qđ declara, qa in
l. j. §. j. ff. de usu. vsuræ nō erant debitæ nec re, nec spe, nec obliga
tione deductæ, qa iudicis officio ueniebāt debēdę ex mora, q̄ nō
est credenda nec spectāda, ar. l. j. ff. de in lit. iur. in l. nō queādmo-
dū, ꝯcipiebatur iudiciū ꝯditionaliter, & in futurū quod non p̄t,
vt ibi in uno responso. In alio vero cōcipiebatur de futuro, & su
biecto ꝯditionali, & sic ibi nullū ius præsens, nec actio, nec obli
gatio. hic vero legatū est præsens, & pro primo anno purum, &
sic partis obligatio, & actio. & idē pro sequētibus iam præteritis,
pro futuris autē est conditio: vt l. 4. & l. cum annos. ff. de an. lega.
& l. senatus. in fin. ff. de don. causa mor. & l. stichū. §. stipulatio. ff.
de uerborum obligationibus, & l. si cum perfunctione. ff. qn̄ di.
le. ced. sed agi hic pro illis futuris permittitur ratione debiti præ-
sentis, uel p̄teriti, cui illud futurū cohæret, & adiungitur. Et sic p-
mittitur propter aliud, quod non permitteret propter se, & de p
se, vt hic, & ff. de alimen. legat. l. libertus quos, §. primo, simile in
mobilibus quæ veniunt interd. vnde vi propter immobilia, vt l.
prima. §. illud. & de ui & ui arm. hoc etiam suadet æquitas, ne le-
gatarius cogatur oī anno, vel mense protestari de iure suo, vt in-
fra, de p̄scrip. xxx. ann. l. male agitur. ac etiam quia licet legata
sint plura, tunc propter vnicam causam puta alimētorū sunt fa-
cta. vt. ff. qn̄ dies leg. ced. l. cū fine. nec agitur, vt pro futuro tempo
re de præsenti soluatur. sed demum cū euenerit dies, tempus, uel
ꝯditio. quod alias permittitur ex cā, vt. ff. ad l. aqui. l. in l. aquilia si
deletū. Opp. 6. ꝙ maius tempus triēnio reqrat. vt ff. de usu. l. cum
de in rē uer. Sol. ut sequit in glo. ad fi. uidelicet, ꝙ ibi obligationē
ualidā allegabat, nec aliter de ea ꝯstabat nullo mō nisi p illā diuti
nā so. iō nō sic faciliter minori p̄te q̄ decēnij dēt de ea p̄sumi tāq̄
de nō ente. hic vero de cā constabat licēt minus solenni. unde fa
cilius, & in minori tempore q̄ decēnij debet ea præsumi. Sed ꝯ
istā sol. insurgit Cyn. qa si ibi cā insufficiens allegat, & hic suffi-
ciēs, tāto ibi minus tēpus debet exigi, q̄ hic. & iō ipse soluit, ut s.
ꝙ hic speciale fauore alimentorū. &c. Sed dn̄s meus defendēdo
gl. dicebat, ꝙ rō Cy. concluderet ubi cā allegata appareret. licēt
insufficiens sicut fuit hic. sed ibi de cā allegata nihil apparebat,
iō ad eā probādū diutina p̄statio exigit, quasi de nō ente, in essē
tiā sic probatā quodāmodo, ut ita loquar, inducat, hic uero de
cā legata licēt insufficiēti seu inualida ꝯstabat, & p̄statio triēnalis
nō inducit ad ipsam p̄bādā, sed ad ipsam validā ualidādā ex sciē-
tifica triēnali p̄statione. fatetur bene ꝙ hęc ualidatio est specialis
contra alias regulas iuris fauore alimentorū, & vltimæ volūtatis.
Et hæc cōtraria p̄cedūt qn̄ minus solennis fuit uoluntas, vbi au
tē fuit solēnis, sed esset quæstio de quātitate, & mō alimētorum,
8 ista cōtraria cessant.† Quæro mō de formatione libelli, qn̄ uolū
tas est minus solēnis, & primo circa narrationē, an hēat actor
necesario dicere ꝙ volūtas fuit min⁹ solēnis. & dt dn̄s me⁹ ꝙ nō,
& cautela

ADDITIO

a Legata pia. Legata pia in testamento non solenni an ualeant, uide etiā p Cyn. & doc. in l. j. ff. de sac. san. eccle. in spec. de instru. edi. §. compendiosa uer. itē ꝙ ius canoni. Bal. in l. eam quam. 5. colū. infra. eod. per c. relatū. de test. quod duo testes sufficiunt. & Pa. de Cast. consi. 187. & consi. 145. & c. cū esses. de testa. & adde Bar. in repe. d. l. j. supra de sac. san. eccle. & in q. 6. prin. in 21. col. in uersi. ad primum. & Pau. de Ca. consi. 363. inci. super eo quod quæritur. ut dicit verum, etiā in testamēto pio scripto manu testatoris cum duobus testibus etiā nō rogatis, & sufficiunt duo in fideicōmisso pio, licet legatum, uel institutio, cui factū est fideicommissum non ualeat, quia prophana plures testes requirat. Bar. fin. in l. fi. ff. de his quę pro non script. ha. & de institutione est tex. in l. ex facto. §. lucius. de uulga. & pupi. item adde. l. fideicommissum in principio. de leg. 1. argum. tamen contra est, qa licet duo testes sufficiant ad piam causam p d. c. cū esses. de test. idest uerū si pia causa instituat. secus si laicus sit hæres, & legata sint ad pias causas, quia nō sufficit etiā quo ad legata solennitas pię causæ, secundū Anton. de But. in c. ꝙ clericus, de fo. compet. & p eundem Sali. in auth. cassa. col. 2. supra de sac. san. eccle. & Alexan. cons. 177. 3. vol. uide omnino. Pau. de Cast. consi. 360. Item facit ad p̄dicta quod habetur per Soc. in cōsi. 247. inci. circa primū consultationis articu. uer. & ideo alias consultū. circa fin. 2. parte. char. 132. ubi uide, & de fideicōmisso adde præfat. Soc. cōsi. 116. incip. non potest negari. uersi. 2. respōdetur, cum se. in prima parte. char. 186. quod fideicommissa relicta ad pias causas confirmantur etiam hæredita te non adia.

& cautela est silere, ne repellatur, quasi notorie non ꝯcludat, vt l.
j. ff. de off. asses. si tn̄ diceret, & adijceret, ꝙ soluit iā sciēs tribus an-
nis præteritis, sufficeret. Cautius tn̄ est de minus solenni volunta
te non facere mentionē, & dicere qūo talis relinquit sibi alimen-
ta mēstrua vel annalia, & qūo talis eius hæres soluit illa per trien-
niū, & postea cessat illa soluere pro quarto, & quinto anno, & sic
de cæteris, quibus cessasset, quare petit, &c. Nunc quæro quid in
ꝯclusione peti possit, & breuiter ex isto tex. & l. libertis quos. §. j.
ff. de ali. le. habes, ꝙ peti p̄t vt reus ꝯdemnetur a præstatione p̄te-
ritorū de p̄senti, & futurorū tpe suo, & in hoc oēs Doc. sunt ꝯcor
des, sed quidā vt Iac. Bal. addidit, ꝙ ēt peti p̄t vt cautionē prestet
pro futuris, per l. inter omnes, ff. qui satisd. cog. & l. in oībus, ff. de
iu. & l. harum, & l. egi. ff. si ser. ven. Et intellexit cautionē. i. fideius
sorem, non aūt de nuda cautione, quia esset superuacua, cū suffi-
ciat sn̄a quę habet paratum remedium per iudicis offm̄, sed dn̄s
hoc fatebatur si dilapidatio bonorum timebatur, & nō alias, vt
d. l. omnibus, & s. de hær. vel acti. ven. l. 2. Vlterius quæro, an hęc.
l. vendicet sibi locum in alimentis tam pauperi, q̄ diuiti relictis, &
reperio, ꝙ Doc. quidā Perusinus qui in Bononia repetijt. l. si cer-
tis annis. s. de pact. ibidē scripsit, quod lex ista nō habet locum ni
si qn̄ pauperi, & indigenti relinquuntur, quia tunc pietatis intui-
tu lex ista ꝯ iura cōia sic disponit, quæ pietas cessat qn̄ legatarius
locuples est. Ego vtroq; casu dico locū habere, tum, quia loquit
indistincte, tum, quia diues ad paupertatē p̄t deduci, & hoc vr̄ te
stator ꝯsiderasse ei alimenta relinquendo, & sic nā legati alimēto
rū est illa q̄ hoc operatur, & p hoc vide simile, tu scis, ꝙ de alimē
tis in vltima voluntate relictis nō p̄t trāsigi in ꝯsulto p̄tore, sed
pone alimēta forte relicta homini diuiti, an poterit ipse trāsigere
in ꝯsulto prætore, certe dr̄ ꝙ non, vt habes. ff. de transa. l. cū hi §. si
in annos, ver. certum, & ibi gl. & communiter. Doc. ibi ponderāt,
quod ille ver. certum, venit aduersatiue ad præcedens dictum.

LEX II.

1 *Relictum in voluntate minus solenni ex conscientia debetur.*
2 *Debitum naturaliter solutum, scienter repeti non potest.*

Et si inutiliter. Primo dictum. Secundo rationem re
motiuam obiecti. Secunda ibi, cū nō
exea. Casus. Volūtas vltima non solennis nō retractatur in agna-
1 tis. h. d.† No. quod relictū in minus solenni voluntate debetur ex
a ꝯscientia,ᵃ vt hic, ad quod facit. s. de relig. l. militis, & j. de fi. lib. l.
in testō, & hoc tenet Bar. in lib. j. in moricæ suæ. q. 2. Alibi dicunt
gl. ꝙ nāl̄r debetur, vt no. in l. cum quis. s. de iur. & fac. igno. vbi de
2 hoc plene scripsi.† No. igitur secundo, quod nāl̄r debitum scien-
ter solutū non repetitur. Opp. quod hæc. l. superfluat per præce-
dentem ꝯ, §. quibus. s. de no. cod. com. Sol. quod imo differt ab il-
la, ꝙ declara, vt in gl. 2. sed dic melius, qđ vtraq; loquitur in scien
te, & tunc quantū ad iam soluta, vnica solutio præiudicat soluen
ti, quo ad petitionē soluti, ēt si sit legatū alimentorū. Sed quantū
ad futuras præstationes in alimentis dic, ꝙ non pręiudicat, nisi in
relictis in vltima voluntate concurrente præstatione triennali, vt
in l. præcedenti, vbi autē soluens fuisset ignorans, distingue inter
ignorantiā iuris, vel facti, vt in gl. & hoc de alijs legatis de quibus
hic, non de alimentis, quia illa per ignorantiam ēt facti non repe
tuntur, quia summato errore subest cā pietatis, quæ repetitionē
impedit, vt ff. de condi. inde. l. cum his, §. si mulier, vbi casus, pro
hoc accedat, s. de vul. l. patrē, vbi litera dicit hoc solo casu repellū
tur, & sic omnē aliū excludit, vt. j. de le. fus. ca. tollen. l. i. in fi. Op.
2. ꝙ nedū si præstiterit, sibi præiudicet, sed etiam si solū p̄miserit,
vt j. e. l. si veritas, & j. ad l. Fal. l. fi. Quinimo ēt si alio modo agno-
uerit, vt s. de test. l. non dubiū. Sol. ꝯfitendo ꝯ, & sic hæc per illas
suppletur. Quærit gl. an in alijs rebus q̄ solutis sibi præiudicet, &
dicit, ꝙ non, de quo latius dixi. s. de testa. l. non dubium, vbi vide.

ADDITIO.

a †Debetur ex conscientia. Adde de hoc Bal. in l. cum quis, s. de iur. & fact. ignor. Bar. plene & Io. de Imol. in l. sequitur, §. si mandauero, ff. de vsufru. Ang. in repe. l. j. s. de iud. & in c. si quis triginta in titu. si de feu. fue. contro. colla. 10. authen. in c. fi. de præs. Imo. in c. iura, extra de iure patr. & Pet. de Anc. in rep. c. 2. de regul. iur. lib. 6.

LEX III.

1 *Fideicommissum vniuersale transmitti potest.*
2 *Patronus succedit liberto decedenti sine hærede legitimo.*
3 *Heredes an possint cogi ad adeundum hæreditatem, & nu. 4.*
5 *Actiones quæ inuicem confundantur.*

a
1 **Cum secundum.** ᵃCasus† Fideicommissum vni-
uersale transmittitur, licet non
sit facta restitutio, & debitore succedente creditori confunditur
actio. h. d. In tex. ibi ad manumissores, & sic ad hæredes restituere
2 debentes.† Ex quo no. quod patroni succedunt libertis non exi-
stente alio legitimo hærede. Item no. quod si fideicommissarius vl
timus decedens ante institutionem fideicommissi, illud transmit
b tit, ᵇconcor. j. eo. l. si in personam, & ff. ad Treb. l. apud Iulianum,
§. vtrum licet, glo. notat contrarium, & male. in l. a testatore, ff. de
condi. & dem. & in l. cum filio, de lega. j. vt ibi per Dy. & Doc, sed
an hoc procedat si decedat ante aditam hereditatem, dic, vt per
gl. magnam in prin. in l. 3. ff. de re. ca. per glo. in l. quiddm, ita. ff. ad
Treb. & per Bar. in d. l. cum filio, ad fi. & ibi tenet ipse quod trans
mittat, & quid iuris sit, si hr̄s rogatus decedat ante aditam hęre-
ditatē, dicam j. eo. l. eam q̄, vbi gl. Quæro cuius erat hæc ancilla,
& dicit glo. potest intelligi, quod fuerit defunctæ testatricis. Sed
tunc ob. quia tex. iste supponit eam ab hæredibus manumissam,
& sic libertatem ab eis consecutā, quod vr̄ fieri non posse si dn̄i
non erant, vt j. de his, quia non do. ma. per totum. Et ego rn̄deo,
ꝙ iā adiuerant, & sic dn̄i facti per aditionem, eā manumiserunt,
& hęc respōsio est necessaria, & bona ad hāc literā, q̄ supponit eā
3 manimissam.† Sed tunc quęro qđ si heredes non valuissent adire
hæreditatē, & per ꝯsequens, nec eā manumittere. Rn̄det gl. ꝙ si
stans ancilla possit iudicis offm̄ implorare, vt ꝯpellerentur adire,
& hereditatem restituere, quia casus est, vt ff. ad Treb. l. mulier. §.
non est, & l. cogi, §. & ego, sed primus est clarior. Etiā pōdera, qđ
illi tex. non videntur exigere, quod debeat manumitti quasi li-
bertatem tunc a lege consequatur, vel forte compelluntur adire,
& postea eā mānumittere, & ei manumissę hereditatē restituere,
ꝙ tutius est per leges in seq. ꝯrio alle. Sed ꝯ istā opin. ꝙ ad adeun
dum eos ꝯpellere non possit, vt ff. ad Treb. l. si res alie. §. fi. in prin.
& l. seq. So. vt in gl. fi. quia illa ꝯria concernunt hanc positionem,
videlicet, ꝙ ibi seruo hereditario ab vno ex heredibus legatur li-
bertas, ab alio fideicōmissum, iō neuter ipsorum potest cogi, qa
neutrius cā est sufficiens, nisi ad vnum deueniret vtraq; portio,
vt d. §. fi. quasi non intersit ab initio fuerit vnus, vel postea deue-
nerit ad vnū. Nec huic lec. ob. s. de neces. ser. l. cum qdā, vbi ꝯseq-
tur libertatē pp hr̄ditatē, qa illud in institutione directa non in fi
deicōmissaria, & hęc prima positio, & lec. Scđa lec. ē, qđ ista puel
la erat propria hr̄dū, iō ante hr̄ditatem aditā potuerunt eam ma-
4 numittere.† Sed tunc quęritur, an illos posset cogere, vt adirent,
& restituerēt, & dicit gl. ꝙ nō per. l. cogi, §. si pater filio, ff. ad Tre.
quod intellige ea sic stante eorū ancilla, quia libertatē non tenen
tur ei isto casu dare, sed si eā manumisissent, cogentur adire, & ei
hr̄ditatē restituere, velut ad petitionem cuiuslibet liberi. Quęro
quo iure hr̄ditas Crisidis spectat ad manumis. & rn̄det glo. seq. ex
l. Pap. sed Ia. de Ra. Pe. & Cy. qđ imo ex l. xij. tab. vt Insti. de suc.
lib. in prin. & demū si liberi, & parentes, non existant, vt ff. de suis
& leg. l. intestatus, & Inst. de suc. cogna. circa prin. qđ est verū ab-
īestato tm̄, sed per l. Pap. nedū abintestato. sed ēt ꝯ testm̄ si liber
tus est locupletior centenario, & cū vno filio ad dimidiā, cū duo
bus ad tertiā, cum tribus ad nullā. Sed postea supuenit ꝯstitutio
Iustiniani q̄ liberis extantibus patronum nō vocat ab intestato,
nec ꝯ testamentum, nisi liberi essent legitime exheredari, liberis
non extantibus ad totum abintestato, contra testm̄ vero solū ad
tertiam, vel tertię supplementum, vt hęc omnia probantur suc-
5 cessiue in d. §. postea aūt, vsq; ad §. multis. Insti. de suc. lib.† Quero
successiue quę actiones ꝯfundantur, & rn̄de, ꝙ p̄sonalis actio ex
testamento, & sic plurale resoluit in singulare, & merito, qa vna
sola ꝯpetit actio pro vniuersali fideicomiss. vt hic, licet pro singu-
lis ꝯpetere possint tres qnq;, & duę ꝯtinuo, qa p̄sonalis, & hypo-
thecaria, & qnq; in rē actio, vt j. cōia de le. l. j. & 2. Quero quid si
a testatrice vnus hęredū fuit institutus in dodrante id est in trib.
partib. alter in quadrante, pro quanta parte succedent huic liber-
tę. Rn̄. gl. quod æqualiter, sed dicunt. Ia. de Ra. Pet. & Cy. hoc ve-
rum, si ponatur eā fuisse seruam hæredum pro æqualibus portio
nib. quia tunc cū æqualiter ad eam spectet ius par. æqualiter suc-
cedent, secus si dn̄i fuissent pro inæqualib. portionibus, quia tūc
pro cuiuslibet rata quilibet censetur patronus, vt in l. si duo pa-
troni. in prin. ff. de iureiur. & potissime in cōmodo succedēdi, vt
tm̄ plus sentiat de ꝯmodo qui plus ei ꝯtulit manumittēdo, ꝙ est
qn̄ plus iuris, & dn̄ij habebat in ea, arg. s. de bo. lib. l. j. in princ. &
s. de sta. & ima. l. fi. & ff. de regu. iur. l. ſm naturam, & ff. de peti. hę
re. l. ſm nām, quia sic est in societate, vt plus cōmodi recipiat qui
plus ponit, in ea. vt ff. pro soc. l. si societatem. in fi. & l. si nō fuerit.
Et ex his inferunt, quod si ancilla ista non erat propria ipsorum,
sed hæreditaria, quod ipsi non succedunt ei æqualiter, quia por-
tiones hæreditariæ supponuntur inæquales in quæstione huius
gl. ꝙ ēt fatebatur dn̄s, & patruus meus, nisi testatrix hr̄des ad ma
numittēdū eā grauasset p virili, qđ ē, qn̄ eos grauauit sub p̄prijs
nominib. & nō appellatiuis, vel si onus aliqđ fuisset iniunctū an-
cillæ eis præstandū pro virili, vt ff. ad Tre. l. quoties, & l. nonnunq̄
& no. s. de impub. & ali. substi. l. j. nam his casib. saluatur etiam gl.
Sed ꝙ glo. simpl̄r sit vera, probo: nā pro quauis parte quisq; dn̄s
fuerit insolidum, patronus dicitur, vt l. illud, ff. de rit. nup. & no.
in leg. 2. s. de lib. & eorū lib. ergo si insolidum, sequitur, qđ ęquali
ter omni casu succedere debēt, cū solida sunt æqualia. Sed ex su-
pradictis respon. ꝙ respectu diuisionis demonstratę, quia extra se
partiū positiuę ius patronatus est indiuisibile, & ītelligibile, & p
hoc indiuisibile isto respectu est pęnas vnūquęq; insolidū, ar. ff.
fam. ercis. l. ea quę, & s. de re. diui. l. j. in fin. Sed respectu diuisionis
intelle-

ADDITIONES.

a ¶Cum secundum, vide Doc. Hic & Azo. in sum. j. ad Treb. uide etiam in l. ille, §. de testa. ff. eo. ti. & Bar. quod extinguitur si hæres moritur ante aditā hr̄ditatem.
b †Transmittit. Adde quod actio ex testamento ad fideicōmissum vniuersale trāsmittitur ad hæredes, an aūt ius accrescendi transmittatur, vide tex. in l. hæc scriptura, § 1. ff. de conditio. & demonstra. & in l. si pluribus, ff. de suis, & legi.

intellectualis,& intēsiuæ,qa ſm magis,& minus,tūc ius patrona
tus est diuisibile,& penes vnūquemq; pro tpe dñij,ꝙ habuit tūc
in seruo,nūc liberto,vt l.si duo,ff.de iureiur. siłr respectu aliquo-
rū eius effectuū q diuisionē nō recipiūt, nec ꝑ parte præstari pos
sunt,nā illorū respectu est indiuiduū,& penes vnūquenq; insoli
dū,sed respectu aliorū qui diuisionē recipiūt dr̄ diuiduū, & penes
vnūquenq; pro parte,vt hic in successione fēda in bonis libertę.

a † Si autem Bal. hic collgit ex isto tex. quod testamentum pupilli non dicitur testamentum, quia testamentum nullum non dicitur testamentum, sed adiectiue bene dicitur tastamentum nullum, sicut, nec falsus denarius dicitur denarius, aut homo, dictus homo. de quo plene. in addd. In. Rebuff. post eum. in l. semel nu. 2. in. uer. falsus denarius. infra. de apo. pub.

LEX V.

Ab intest. Casus. pro iure isto agnati p̃ferunt̃ cognitis. h. d. Hodie secus. vt s̃. c. auth. post fratres.

LEX VI.

Defunctis. Filijs se abstinentibus vel repudiãtibus frater defuncti admittitur. hoc dicit. Nota, ꝙ licet dicamus hic, quod abstinere sit proprie suorum, tamen si repudiauit, sufficit, & tantundem valet, vt hic. Item hæc lex fundat duas opin. glos. contra docto. aliquos. Vna est quod hodie in suis sit locus successorio edicto. & ita tenuit glossa super rubrica supra de success. edict. & in l. qui se patris supra vnde. li. & ita in qualibet earum tenui. Alia est quod existentia sui hęredis non operatur trãsmissionem ad quamcunq; alias frater nõ veniret hoc iure consanguinitatis, & pono qđ se abstinuit, qa se non immiscuit. & de hoc plene scripsi. in l. apud hostes. s̃. de suis & legit.

LEX VII.

Patruo. Casus. iure isto potiores sunt agnati q̃ cognati. & patruus pręfertur m̃terę. h. d. Hodie secus, vt ĩ gl.

LEX VIII.

Si his. Casus. Agnati uocantur ad successionẽ defuncti apud hostes, beneficio l. Corneliæ. h. d. Ibi beneficium quo fingit̃ mortuu s añ horã captiuitatis, & sic ĩ libertate.

LXE VIIII.

1 *Successuri pupillo eius hæreditate priuant̃ si tutorẽ ei infra annũ nõ petierint.*

2 *Mater an sit tutrix legitima, & an sufficiat eam tutricem administrare.*
3 *Mā an excusēt si non ipsa, sed is, qui ea non existente eēt tutor administrat.*
4 *Gra du primo tutorē petere negligēti. J. annū an tps alterius anni emrat se-*
5 *Tutor petitus debet esse idoneus.* (*quenti.*
6 *Iudex an teneatur dare tutorem petitum a matre.*
7 *Mater an possit purgare moram si annus prœndi tutoris transactus fuerit.*
8 *Debitor potestmoram purgare vbi dies & pœna apponuntur a lege.*

Sciant. Casus. Si succedere valentes pupillo, & infra annum a morte testatoris numerādum tutorē non petierint, priuantur eius successione, si moriatur in pupillari ętate. h.d. Ego intendo plane, licet succincte explicare hanc materiam, quia quotidiana est. dicit enim sciant omnes, & sic omnes
a cōprœhendit, & per consequens matrē, aut supra ad Tertul. l. matres, & l. omnem, ff. ad Ter. l. 2. §. si mater, similiter & auiam, vt in eadem lege secunda. §. filiis. aut in verbo nepotibus, & fit ista fortius omnes sequentes. Ideo hic dicit omnes. & fuit necesse hoc dicere, quando ante l. istam hæccura antiquitus soli matri fuit iniuncta. vt l. secunda. §. fina. & l. seq. ff. qui pe. tu. & postea iuris cōsul. interprætatione hoc fuit extensum. vt ff. ad Tertu. l. secunda. §. fina. hodie autem per hanc legem omnes comprehenduntur, quod no. Sed tunc quæro, quid si successurus est minor 25. an, & breuiter, quod si mater est excusatur. vt l. fin. supra si aduer. delic. non idem dici potest in auia, quia semper maior reperitur. Sed quid si in masculo minore, puto non excusari, quia dicta l. fina. dicit hoc esse speciale in matre, quia fœmina. sed forte restitui posset in integrum, mater autem ipso iure excusat, & in hoc priuilegiatur. Sed dubitari potest, quid si tractu tēporis facta est maior. & reperitur tempore mortis pupilli. dic, quod sufficit ei annum cucurrisse in minori ætate. argumen. eorum quę not. supra, de his, qui. vt indig. l. minoribus, & supra in quibus causis. in integrum restitutio. non est ne. l. prima. & latius scripsi in di. l. fin. supra. si aduer. delict. Subiungit text. qui ad successionem pupilli, quod intellige siue ab intestato, vt supra ad Tertullia. l. omnem. Sed de legato ei relicto potest dubitari, & gl. hic tangit, dic, ut supereo dicam. Sequitur, non petierint, & dati sunt, sed non administrauerunt, dic, q nihil uidentur egisse, nisi ad ad ministrandum eos compellant, vt ff. ad Ter. l. ij. §. sed quod diximus, in fin. Item, quid si non expedit, & petant dari, quia extant testamentarii, sed non administrant, an teneantur illos facere cogi ad administrandum? Cyn. supra, de admi. tut. l. fi. §. personis. dicit, quod non, & ita teneo, vt ibi scripsi. Adde, quod si testamentarii essent mortui, vel aliter remoti, ita, quod nullus eorum superesset mater, & alii tenentur petere tutores dari, vt supra ad Ter.
1 l. ij. §. non solum. ad fi. † Quæro, mater est hodie tutrix legitima si vult, an sufficit eam tutricem administrare? dicūt quidam, quod non, nisi solennitatem legum seruauerit, quia tunc non est legitima gestio, etiam si bene administrauerit. & pro hoc inducunt gl. signatam super uerbo, legitima, in d. l. ij. §. si mater, quod mihi nō placet, si ei per iudicem fuit decreta administratio, alias sto cum eis si ex abrupto vt tutrix administrauit, nam si ei per iudicem decreta est administratio, in cęteris siendis potius est culpa iudicis, qui satisfationem, & alia requisita ab eo non exigit, quam culpa matris iura, & alia requisita ignorantis, nam ignorantia iuris sexum excusat, ubi delictum non existat. ut l. regula. circa prin ci. ff. de iur. & fac. ign. quod autem delictum potest imputari matri, quæ iudicem adit, & tutelam filii secundum formam iuris sibi decerni petit, non video si quid ergo de solennibus omittas,
2 eius est culpa, & non matris. † Quęro iuxta hoc, quid si mater nō administrat, sed alius qui (si non esset mr) esset tutor legitimus; ut frater impuberis, puti, uel auunculus, an mater excusetur? & videtur, quod sic per no. supra ad Ter. l. matres. in j. gl. vbi dicitur quod excusatur, si tutorem alium habet legitimum. In contrarium facit, quia si mater, & tutrix legitima præcedit, alius non exrat legitimus, ar. ff. de bo. quæ lib. l. si filius. uer. quod sing. ideo mater non punienda, per no. in gl. in d. l. ij. §. si mater. coniuncto tex. in uer. quid ergo. Potes dicere, aut mater non erat sufficiens, quia inhabilis, uel iam recusauerit, & tunc non puniē, ut in glo. d. l. matres. aut erat habilis, nec recusauerat, & tunc, quia non est aperta uia legitimis, donec mater esse possit, tunc ipsa punitur, ut in gl. d. l. ij. §. si mater. ad finem. Vel forte, & isto casu, licet non recusauerit, non punitur, quia continuo est aperta uia legitimo. nam mater excludit legitimum, si dicat se velle, & non aliterius l. ij. & in auth. matri. & ibi nota. supra, quando mu. tu. offi. fun. potest. Cum igitur in proposito nostro non dixerit se uelle esse tutricem, sed recuerit, & legitimum administrare permiserit, sequitur, quod ipsa legitima nutrix non fuit, & per consequens alius legitimus tutor fuit, & sic gl. simpliciter vera quam sequit Cyn. & Bar. ff. qui pe. tu. l. ij. in princ. Et ad glo. l. ij. §. si mater. respondet, quod ibi non erat locus legitimo propter volūtatem defuncti, q voluit matrem administrare, vel inquit ipse ibi nullus erat
4 legitimus. & ita teneo. nam hæc pars equior est. † Quæro, an primo gradu negligente petere tutorem dari pupillo infra annum, tempus alterius anni currat sequenti, & sic de cęteris? & gl. ff. qui pe. tu. l. nepotibus. & hanc partem teneo, nisi prius cui hoc onus incūbebat, interim sit mortuus, quia tunc onus, & tps morte illi incepit incumbere sequenti, & non ante. cū prius ad successionē pupilli, si tunc decederet, non veneē, & sic cessat l. ista. & quia nec ante est ei spes succedēdi, q requiri vr, vt ff. de le. tu. l. j. i prin. alias etiam ratio nes seci in d. l. nepotibus. quas vide. Nec ob. si dicas, q imo sequens non videatur, etiam mortuo primo, ad hoc tenere; quasi hoc tps anni connumerēt a morte testatoris, vt hic, quia verum viuente primo; sed eo mortuo, superuenit necessitas petendi. secundo a tpe huius necessitatis currit annus iste. † Sequit in tex. tutorem, si m legem. quæro, quid vult dicere? rn. q vult dicere q petitus sm leges sit idoneus, vt sæpius alle. l. ij. §. si mr. Quæro
a igit, quid si non idoneū perijt? rn. si bo. fi. & index sequutus est petitionē eius. excusatur propter bonam fidem. Si autem doloſe, vel temere omni diligentia prætermissa non excusāt, vt d. l. ij. §. non solum. In dubio bo. fi. est prœcauenda in matre, propter natu ralē rationem, & affectionem, & sexus imbecillitatem, arg. ff. de eden. l. sibi. in princi. cum ibi nō. & j. qui accu. non pos. l. propter. Nisi forte transiens ad secunda vota vitricum petat, vt ff. de ado. l. nonnunq. quia tunc si non repetuerē idoneus moribus, & vita, vel in facultatibus, & aliis necessarijs, præsumereē culpa ex animo feciſſe propter affectum secundi mariti, quia ardentior a iure præsumit in eum, vel ad eum, q in pupillum, vt §. de admi. tu. l. lex quæ tutores. §. lex enim. & §. qui mul. tu. offi. fun. pō, auth. sacra. & in corpore. vñ sumit. & §. ad Tre. l. iubemus. ver. in supradictis. Credo tñ, q si arbitrio boni viri oībus hinc inde pensatis, & ad consilium æquitatis redactis, dictus victricus reputarer idoneus,
6 mater tñ in hanc pœnam non incideret. † Quæro igit, an petitū a mre, vel alius teneaē iudex dare. rn. q non. nā licet mr habeat arbitrium perendi. vt in auth. de nup. §. sinaūt tutelam. non propterea iudici inducit necessitas sequendi matris, vel alterius petentis consilium, sed inquirere pōt, & debet de eius idoneitate peti, ne ei ascribat ad delictum, vt ff. ad Ter. l. ij. §. non solum. Est. n. legis intentio, vt prouideat pupillo, & §. de confir. tu. l. si vt proponis, & arg. §. vbi pu. edu. de. l. j. Hinc est, q tutelæ ordinanē propter pupillos, & non propter tutores; sicut nec dīs ad seruitorem, sed eō, vt ff. de v sufr. l. vetus. Etideo si isti qui tenenē petere ex necessitate, puta, mater, habet alios competitores voluntarios, iudex pōt
c sequi illorū voluntatem, c matris voluntate reiecta, vt eleganter dicit gl in d. l. ij. §. fi. & hoc etiam sequit Bar. & Bal. Sequit in tex. j. annū. & circa hoc vertitur dubium (quia tex. ff. ad Ter. l. ij. §. si mr. & §. idoneus. & §. confestim. dicit, confestim. q ibi interpretatur, cum primum poterit, & iudicis sedentis copiam habuerit) an tex. ille per istum sit correctus? & dicit Ric. Malum. q non. sed dixit, q iste annus dat impeditis, vt saltem per alios petant, & iudicem adeant infra annum, sed impeditus cōfestim. i. sine mora dēt petere, q est, q prium copiam iudicis sedentis potest habere. vt ff. ad Ter. l. ij. §. confestim, & hoc sequutus fuit Bar. Alii dicunt, q rigor antiquus hic mitigat, & corrigit. Et est ratio, quia rigor ille erat solū in matre, & auia, quia alii non tenebanē petere, nec oēs, sed annus iste dat aliis, ergo fortius mri, & auiæ magis cōiunctis, quia non sic faciliter priuandæ sunt hereditate filiorū, vt l. fi. §. de inst. & fubst. & nisi notabilis mora in ea appareat, qa præiudicante pupillo in citata, monita, vel requisita, vt peteret non vult pe
9 tere, vt d. §. si mr. & hoc tenuit Bald. & mihi non displicet. Et addo. p si tex. antiquitus, ponderet, hoc verbum, confestim, reperire tur, q non pertinet ad primorum tutorum petitionem, sed ad nouorum editionem, & ideo in illis exponitur confestim. i. cum primum potuerit, ponderato tempore in prioribus iam decurso. Ad primos igit petendos, cum non reperiatur antiquitus certum tē pus p̄fixū, dico hīc annū, vt hac l. ar. ff. de legi. l. nā & posteriores.
7 cū limitatione tñ, quam ad præcedentes poluerūt. † Sed quęro, an anno transacto, possit mr, vel alius legitimus morā purgare?

&c. vide-

* ADDITIONES.

a †Et per consequens matrem. Limita fin. istam l. nisi mater allegat si petisse tutorem eo. quia filius habet multa debita, & nolit petere tutorem co. ut filius remaneret indefensus, & sic non posset condemnari, & contra eum non agi, seu aliquid fieri tanquam indefensum, quod excusatur mater, nec perdit successionem filij sui, ut est casus multum sing. in l. 2. §. ego etiam. ff. ad Tert. & no. perpetuo. item mirabiliter limita per Spec. in ti. de tu. §. non dum. in uersū. quid si ma ter suscepit tutelam. alii dicēs, q si mater assumpta tutela suisilii transiuit ad secundas nu. q sit priuanda tutela, & successione, & dominio. Item cum effecta uidua uelit istam tutelam reassumere, quod potest hoc facere sires est interdicta, quasi pupillo non sit prouisum de tutore, alias secus per text. in l. si de repubblica. idem dico, si fieri per annum, quod non petiit tutorem. & dixi in auth. matri, & auiæ. & Bal. auth. sacramentum. quando mul. tu. offi. fun. potest, sed qd de matre nubente infra annum, tamen antequam carnaliter copulerur petat tutorem, an priuetur successione filij. uide Bal. cons. 166. 4. lib. ad materiam uide Bal. cons. 58. 71. & 203. uso. sed an pœna non petendi tutoris transeat de gradu in gradum. uide per Bal. cons. 92. 2. uo. per Paul. de Cast. hic per Bar. in q. inci. habens filium adultum per Pe. de Anch. cons. 251. & Ang. cons. [illegible] Pe. de Ancha. cons. 104. ubi de limitatione ultima supra posita tre patrueli impuberis, an ex quo non petit tutorem da[illegible] hæreditate dicti pupilli, stante, quod talis pœna p[illegible] ponitur omnibus agnatis, qui sperant successi[illegible] 253 Iinc. & pulchra, & subtilis est ps[illegible] ...in 2. par. char. 5.

b † Quid si non idoneum petiit. Casus est h[illegible] ...aliquam dignitatē, fi est habilis, debet diligere suam hab[illegible] ...punitur, de quo dixi o[illegible] Iac. Rebuffi. in Lin. 1. infra ne quis [illegible] us.

c † Iudex potest sequi illorum uolun[illegible] ...e de hoc Bal. qui idem no. in 1. preci bus. col. 6. uersi. & scias quod m[illegible] ...ra de impub. & alijs subst. & glo in l. §. uidendum. in uersi. admori. ff

& videtur mihi sic dicendū, Aut mater est ab alio præuēta, & tūc nō pōt moram purgare, vt ff. ad Tert. l. 2. §. si mater. versi. sed si forte. ij. respon. Aut non est pręta ab alio, & hic est maius dubium, nā ibidem a sensu contrario dicitur, quod moram possit purgare.
8 †Confirmatur ex Doc. doctrina, qui dicunt quod debitori purgare moram licet, vbi dies, & pœna sit a lege appositi, vt est in casu nostro. Et inducunt pro casu, extra de loca. c. potuit. ad fin. vbi dicitur, quod emphyteuta, qui non soluit debitum canonem ecclesiæ infra biennium, cadit a iure suo. & hæc est pœna legis, & terminus legalis. & cum ibi dicitur, quod celeri satisfactione potest moram purgare. Hoc confirmatur alia ratione, quia & vbi dies est apposita ab hoīe, & pœna a lege, mora purgatur, vt ff. de verb. oblig. l. si ita quis. §. Scia, quod est fortius, cum mitius agatur cum l. vt ff. de ar. l. si cum dies. §. fin. & l. Cel. ius. Sed his non obstantibus, puto quod moram purgare non possit, quin pœna commattatur, si casus mortis pupilli eueniat, vt videtur mihi hoc probari in d. §. confestim, ver. ita tamen. & hoc vt maior terror imponatur tutores petere debentibus, vt sint celeres, & festini, ne permittant tempus labi, quo pupilli remaneant indefensi. Et hoc cō firmo, quia mater est quasi creditrix pupilli in eius hæreditate, sub conditione si tutorem petat infra annum, & contingat eum mori in pupillari ætate, vt hic, cum si. Sed creditor futurus non potest purgare moram, vt ei ius, vel actio quæratur ad id, a quo p pter moram excludebatur, vt ff. de fi. lib. l. his. §. inter. ergo &c. Non ob. in contrarium alle. quia in debitore loquūtur, & nos in creditore, vel quasi. Item hic fauor est pupillorum, nō propterea nego quin post annum debeat adiri, vt quilibet, ar. infra. de adulte. l. iure mariti. & ita intelligatur dictus versi. sed si forte. a sensu contrario. Hoc tene cordi, vt consulas matribus nubentibus, vt procuratores faciant, qui tutores petant filiis infra tempus, nam per procurat. petere possūt, vt d. §. confestim. qui pe. tu. l. cum a matribus. Nunc venio ad gloss. & dicitur hic, quod pœna huius priuationis locū habet si impubes moritur. Quid si pubes? di. gl. & bene, quod hæc pœna cessat, vt §. ad Ter. l. matres. & rationem assignat, vt in tempore, quo deliquit, puniatur, ar. j. de pę. l. sanctimus. infra cō. de suc. auth. omnes peregrini. Aliam rationem ponit Ro. f. quia præsumitur mortuus in ætate pupillari ex negligentia legitimi, qui tutorem non petijt, propter quod cura diligēs de eius persona non est habita. Quærit gloſſ. hic priuatur successione vniuersali ab intestato, & pupillari substitutione. sed quid de legato singulari? dicit gloſſa, quod non priuatur, vt ff. qui pe. tu. l. fi. §. si vero maritus. quod fatetur Pet. verum, si sit de bonis relinquentis; secus si fiat de bonis pupilli. Quęro, quid si sit fideicō. vniuersale, & sic sit fustitutio fideicom. puto quod non priuetur illa, vel illo, quia pcl illam non succeditur pupillo, sed testatori, vt l. cohęre. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. Quæro tunc cui incumbat onus probādi quòd decesserit in pupillari ætate, vel in puber tate? dic, quod dicenti matrem priuatam successione, quia tunc pupillaris ætas est vna de causis intentionis sue, ergo &c. vt l. si
9 minorem. cum ibi not. §. de in integ. re. mi. † Vltimo tu habes hic
a casum, quod pupillus decedit ab intestato: a quod est verum de p prio significato vocabuli, vt dixi in l. cum antiquior ib. §. de iur. de lib. Et de verbo, intestatus, dic vt ibi dixi, qđ no. gp terrarū statuta.

ADDITIO.

2 ¶Decedit ab intestato. Adde pro hoc dicto quod notaui in apo. ad istum supra c. l. si autem. in apo. e. ver. vbi pono, an testamentum. & expressius decidi hanc q. in apo. ad istū post eundem inci. cum antiquior ibus. §. si enim ipse. nu. 4. ver. non omitto. tamen legi vnum consi. Bar. in apo. in e. ver. supra de iu. deli.

LEX XI.

Si ab eo. Casus. Rescripti Principis reseruans emancipato itura agnationis, siue ius succedendi, intelligitur re seruare tam actiue, quam passiue. h. d. & notabiliter. Hodie tū rale rescripti non est necessarium, quia ista differentia emancipationis est sublata. No. vltra dicta in summario, quod successiones ab intestato sunt reciprocę, & vicissitudinariæ, vt hic in Auth. qui. mo. na. effi. iui. §. filium. & §. penul.

LEX XII.

1 *Mulier quinquagenaria non potest liberos habere.*

Si maior. Casus. Partus natus ex muliere ętate quinquagenaria, est legitimus; ideo ad successionem admitti-
1 tur. h. d. †No. q quinquagenaria regulariter non pōt liberos hre, & sic de casu raro contingenti reperiunt lege statuta. Contra qđ oppo. glo. de l. nam ad ea. ff. de legi. & non soluit. sed dic, quod de raro contingentibus, possibilibus tamen euenire secundum naturā, lex statuitur, vt hic, licet circa frequenter accidentalia debēt magis vacare legislatores, vt ibi, de euenientibus vero contra naturam legis non debent statui, vt in exemplis ibi positis.

LEX XIII.

1 *Pater ad filios hereditatem transmittere cupit.*
2 *Pater superstes fratribus vterinis prefertur.*

De emancipatis. Si filius emancipatus per sacrum rescriptum decesserit, superstitibus patre, & fratribus, pater hæreditatis habet vsumfru. fratres vero, proprietatē, exceptis bonis maternis, in q bus vterini prefertur
1 aliis fratribus. h. d. †No. ex litera ibi, votum est eius &c. quod votum patris est transmittere eius hereditatem ad filios. Ibi, qua pp. interrogatiue legitur. Opp. cum gl. qđ nō in totū peruenit ad ſores & fratres, vt §. ad Ter. l. fin. §. sinautem. Sol. 4. modis, & tres primos reprobat gl. quartū vero tenet. sed hodie hoc corrig it in hac parte, per auth. defuncto. §. ad Tertul. Sed dubium remanet, an hæc lex in fi. corrigatur. Et dicū gdā qđ non, sed etiam hodie idem seruetur, vt in maternis prefertur vterini, vt §. eo. authen. post fratres. & j. com. de suc. auth. itaque. quod non est verum, qa illa l. logtur qñ parēs nō supereſt, nec frater vtrinque coniunctus
2 †Sed vbi pater supereſt, tūc ipse pferr fratribus vterinis. quod patet, qa fratres vtrinque ꝯiuncti in eis vterinos excludunt, fratres vtrinque cōiuncti habēt ex priuilegio, vt cōcurrāt cum parētibus, vt in d. auth. defuncto. ergo &c. fateor tñ qđ hæc l. alio respectu manet incorrecta, qa sicut in bonis, quæ non accuirebātur patri, fiebat prelatio inter fratres, vt hic, sic & hodie. Et per istum modum potest cōcordari opi. Pla. cū opin. gl. posita in d. auth. itaque.

LEX IV.

1 *Fœminę cum masculis ad successionem iure emancipationis admittuntur.*
2 *Homo qualiter immortalis dicatur.*
3 *Semen paternum & non matris agit, in pronoucandis liberis.*

Lege duodecim tabularum. Casus. † Fęminę iure emāncipationis pariter vt masculi admittūtur, sublato quodā iure ꝯtiū disponente post l. xii. tab. Et filij fororis consanguineę, vel vterine, cū de hæreditate patrui, vel auūculi tractāt, & tunc nec frater nec soror defuncti superstes, iure agnationis ꝓsequunt, & successio inter filios fratrū diuidit in capita. h. d. Et primo cōmendat l. xii. tab. vsq; ibi, sed posteritas. ibi arguit & vituperat mediā iuris prudentiam, vsque ibi, eiusmodi. ibi tertio ponit statutum nouum, reducendo nos ad ius antiquum, & rationem annectit, vsq; ibi, his igitur. ibi quarto. vnum gradum agnationis addit cognationi procedendo in dispositione sui nouti statuti, vsque ibi, cętera. ibi confirmat alias successiones in statuto nouo comprehensas, vsque ibi, si qui. ibi vltimo dicit hanc l. locum habere in
2 futuris casibus, vsque ad fi. †No. tex. circa prin. ibi, cum natura. ex quo hēs q̄ per propagationem humani generis, homo censetur immortalis. Item collige, q vnum correlatiuorum non potest esse sine alio, ideo vno extincto extinguitur aliud, & pro tanto cū pater, & filius sint correlatiui, ideo cum moritur pater, alter desinit esse filius. Ideo scribi debet talis filius quondam talis. Not. ex ver. sed posteritas. qa nimia subtilitas dum inuenitur fouet, non est amplectēda. No. ex ver. hmōdi qđ fas est nouā l. corrigere, & ad antiquam redire ex iusta & rōnabili cā. Itē no, q correcta lex non a corrigēte, nō restituit antiqua pillā correcta, nisi dicat, qđ secus ēst vbi corrigat statutū, q est ꝯius cōe, qa tūc ad ius cōe
a reducit a ciuitas illa, licet nihil dicatur, vt dicā in l. ij. j. q sit lō. con sue. Itē no. in ver. cū ēn. qđ successiones debēt eē reciprocæ & vi
3 cissitudinariæ. †Itē no. qđ filius masculus vel fœmina nascit ex patre vel matre, q nō ex matre no; iō si uitiū est gnare fœminam, patre tñ est & nō matrem, vt hic in l. ra. no. qđ ne imputes vxori tuę qđ prolem facit fœmineā. Itē no. ex ver. illo proculdubio. q filij duorū fratrum succedūt inter ipso in capita, & non in stirpes. q dicit glo. esse correctum. Sed ego secundum opi. Azo. tenui oppositum supra eod. in auth. cessante. vbi vide.

ADDITIO.

2 ¶Ad ius commune reducitur. Adde d. Soci. consi. 38. inc. pro decisione prædictæ consultationis. ver. circa medium. in 1. parte. char. 75. & adde Bald. hic, qui dicit, quod si statutum loquitur de agnatis in materia successionis, nō debemus ipsum extendere ad filium fororis germanæ, vel vterinę, licet per istam l. isti æquiparentur agnatis, quia non propterea dicuntur agnati, licet dicamus, quod statutum debeat intelligi secundum ius commune, vt no. supra de iure deli. §. computatis. illud debet intelligi de iure communi ordinarie disponente, non autem extraordinarie, vt hic, quia lex extra ordinem statuit, quod per fœnę, quæ non sunt agnatæ, sed cognatæ, habent iura agna. Adde tamē, quod licet statutum non valeat contra ius, tamen si consuetudo interpretatur illud valere, virtute confuendinis extenditur contra ius, vt per dominum Soc. p̄si. 145. incip. circa primū. uer. confirmatur etiam circa prin. in 1. parte.

LEX III.

1 *Casus nouus si commodo addatur, oneri addi censetur.*

a **Meminimus.** Primo, exordiendo ponit effectum constitutionis præcedentis, vsque ibi, cum igitur. ibi secdo statuit filium emancipatū pariter succedere cum suis, tam patri, quā fratribus, & sororibus, vsque ibi, sed nec fratrem. ibi tertio statuit fratres vterinos remitti ad successionem fratris & cum fratribus defuncti admittuntur emancipatorum, & etiam filij fratris vterini, vel fororis vterinæ, vsque ibi, quos autem. ibi quinto disponit, quod qui uocātur ad successionem, vocantur ad tutelam, concor. ff. de regu. iur. l. quo tutela.
1 supra de legi. tute. authen. sicut. †Et hic nota, quod casus nouus additus commodo, intelligitur additus & oneri. & hunc versi. te

ne

ADDITIO.

a ¶Meminimus. Not. quod licet frater vterinus hodie per hanc l. dicatur agnatus, dic, non tamen vere, sed impropriè, & per fictionem, vt significat dictio, tanquam, hic posita, vt per do. Soc. consi. 1. inc. in casu supra narrato. uersi. præterea illud. circa medium. & l. fi. cum uer. seq. in 1. par. char. 2.

ne cordi. Nam alia in hac l. per auth. supra positam, sunt correcta, præterquam in eo quod supra dixi de nepotibus qui patruo succedunt in capita, vt dixi in authentica, cessante. Et no. hunc tex. quia probat quod sicut per statuta terrarum innouantur successiones, ita & innouantur tutelæ legitimæ, facit supra. eo. l. sciant. & supra. de legi. tu. l. sicut. & dic, vt ibi dixi.

Communia de successionibus. Tit. LVIII.

LEX PRIMA.

1 *Frater emancipatus cum sorore in potestate existente ad successionem fratris emancipati vocatur.*

1 Scire debuisti. Casus. †Ad successionem fratris emancipati pariter vocatur frater emancipatus cum sorore in potestate existente. hoc dicit. Vide gloss. per te. Et in secunda adde in fine, videlicet, quod non tollat agnatio per emancipationem, de quo vide quod scripsi supra, vnde libe. l. qui se patris. circa fin. In gl. fi. dic, nec est necessaria agnitio bonorum pos. quia de iure ciuili possunt hæreditatem adire, vt in aut. cessante. §. j.

LEX II.

1 *Hereditas iure ciuili adita trāsmittitur, sicut & per bonorū possess. quęsita.*

1 Si pater. †Sicut hæreditas per bon. pos. quæsita transmittitur, ita adita de iure ciuili. hoc dicit. Vel quo ad transmissionem non refert, an hæreditas sit quesita de iure ciuili, vel prætorio. hoc dicit. In tex. ibi, vel hoc. dic, scilicet quod fuerit adita herediras de iure ciuili, forte quia erat emancipatus, ideo oportebat petere bonorum poss. quia capite minutus factus erat incognitus.

LEX III.

Vitrico. Casus. Vitrico non defertur priuigni successio. h. d. Et dic vitrico. i. matris marito. vt l. sequen.

LEX V.

Amitæ. Casus. Ad successionem amitæ primo vocantur filij quam nepotes, & in successione amitinorum potiores sunt eorum fratres consanguinei tantum, vterini, quam eorum amitini, & fratribus non extantibus amiti vocantur. hoc dicit. Et vt clarius intelligas dic, quod amita est soror patris, amitini vero sunt filij amitæ, & secundum istam expone literam.

LEX VI.

Auunculo. Casus. Auunculus præfertur filij matertere. hoc dicit. Ibi, in consobrino, id est, in filio ex alia sorore. Ibi, sequentem. & sic quartum.

LEX VII.

Affinitatis. Casus. Affines qui habent ratione vxoris, viro non succedunt. hoc dicit. Not. quod
a vxor non est affinis, [a] sed principium affinitatis, vt in glossa. Item hæc lex fallit in casibus notatis in ea.

ADDITIO.

a †Quod vxor non est affinis. Bal. hic inducit ad quæstionem, vtrum stante statuto, quod causæ inter affines debeant compromitti, vtrum per illud statutum comprehendatur vir & vxor, de quo vide eundem in l. 1. supra. vnde vir & vxor. & omnino. l. cum acutissimi. ff. de fideiuss.

LEX VIII.

1 *Successio ab intestato locum non habet, quandiu ex testamento succedi pōt.*

1 Antequam. Casus. † Quandiu succedi potest ex testamēto, cessat successio ab intestato. hoc dicit. Ibi, amittat. quia decessit ante aditam hæreditatem. Op. de l. si quis ita hæres. ff. de hæred. inst. dicit gloss. quod ibi fallit. & ita cōmuniter tenetur. licet quidam voluerunt dicere, quod legitimus ibi dicatur institutus, quod non est verum, quia quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione, vt ff. si quis omis. causa testa. l. si quis sub conditione. Op. secundo de l. pe. ff. vnde lib. Sol. quod ibi fallit, vt in glossa.

LEX IX.

Ancillæ. Casus. Dominus ancillæ non succedit ei, cum quo contubernium fecit. hoc dicit. in præsenti.

LEX X.

Nutritoribus. Alito non succedit alens. h. d. Vel nutrito non succedit nutriens. Vel, baiulico non succedit baiulus. hoc dicit. Et per hanc l. destruitur opi. glo. in l. quo tutela. ff. de reg. iur. quæ d. quod tutor succedit pupillo, vbi alij non extant, nam si nutritores non succedunt, multominus tutor, secundum Dyn. & Oldra.

AVTHENTICA.

1 *Aduenis, & peregrinis qui succedant.*
2 *Aduenę, & peregrini, an possint sine iuris solennitate testari.*

1 Omnes peregrini. 1 †Si aduenæ, & peregrini decedant testati, eorum voluntas debet seruari, & si intestati veniūt proximiores sibi, & bona, quæ secum habent, Episcopo loci debent tradi, successoribus defuncti seruaturo, vel in pias causas erogaturo, hospitantibus eos ab eorum bonis sub pena tripli semotis. hoc dicit. In text. ibi, vbi voluerint. quasi dicat, quod nullus eis inferat iniuriam, ideo in signum peregrinationis portant bordonem, & scarsellam. Ibi, hæredibus ex testamento, vel ab intestato. Ibi, non obstante statuto. nota, quod hæc lex derogat consuetudini, & statuto ei contrario, etiam pro tempore futuro. concor. authentica nauigia. supra de fur. Ibi, vbi vt in eo puniatur. nota, quod in eo in quo quis delinquit, puniri debet, concor. supra. de ser. fug. lege, si fugitiui. Opp. contra prin. de lege. relegati. ff. de pœ. Sol. vt in glossa prima. Opp. secundo, quod libere non possunt hospitari, vt ff. de fur. aduer. nau. cau. sta. lege prima. §. primo. Solu. vt in glossa secunda. scilicet quod hæc authentica intelligitur apud volentes eos recipere; non quod aliquis cogatur eos recipere, vt in contrario. Vel, hic de hospitalitate charitatiua, non de necessitatiua, vt ibi. Sed contra istam so. facit ff. de fur. aduer. nau. ca. sta. lege prima. §. fi. Sed sol. quod si quæratur in eo, qui tenebat hospitium, & illa regulariter non cogitur, vt in glossa. fallit in militibus. Principis, quos quilibet cogitur recipere, nisi in hoc sit priuilegiatus, vt lege prima. supra de ep. & cle. & ibi no. Aut quæritur in eo qui tenet hospitium, & tunc cogitur, vt d. lege prima. §. fi. & hoc in hospitalitate necessitatiua, sed ex charitatiua, & ex zelo charitatis quilibet tenetur peregrinos recipere, vt extra de empt. & vend. capitulo primo. adeo quod etiam clerici tenentur, vt ibi, &
2 nota. de epi. & cleric. lege prima. †Quærit glossa. an sine solennitate iuris possint testari? [a] & videtur quod sic, propter verbum liberam, hic positum. quod alias nihil operaretur, contra. legē, si quando. de leg. primo. contrarium determinat gloss. per legem si quando. in princi. supra de inoffi. testa. Et ad verbum, liberam, respondet, quod prius de consuetudine hanc libertatem non habebat. Alia contraria potes addere, quæ ponuntur in d. lege, si quando, supra de inoffi. test.

ADDITIO.

a †Possunt testari. Adde Pau. de Cast. hic qui refert Ang. quod peregrini non possunt testari cum duobus testibus sicut milites, propter liberam facultatem eis datam quod intelligit Pau. de Cast. si ibi morantur si autem alibi dicit ipse cessare causam priuilegij.

LEX XI.

1 *Filius olim patri quærebat, & an hodie.*

Sancimus. Casus Iure isto ad successionem fratris, etiā in pōtate morientis, tam in lucris nuptialibus, quam in bonis maternis Primo veniunt eius liberi, Secundo eius fratres, tertio pater, vsusfr. tamen debetur ei in cuius sunt
1 ptante. hoc dicit.† Pro euidentia præmitto, quod olim quicquid quærebat filius, quærebat patri, nisi esset castrense, vel quasi. postea per legē. quæcuuque. infra. de bo. quæ li. fuit sancitum, quod lucra nuptialia alteri coniugum quæsita, quæ essent in ptante parentis quo ad proprietatem eis, & solum vsusfr. patri deberetur, & eo moriente liberi eius in dictis lucris succederent, & liberis non extantibus, cæteri fratres ex eodem coniugio nati, si extant, & eis non extantibus, cæteri fratres: nunc per legem istam idem statuitur in bonis maternis quæsitis filiisfami. Nota, igitur casum in quo filiusfa. habet hæredem de iure. C.

AVTHENTICA.

1 *Iura plura, vnico sunt fortiora.*
2 *Parentes, an succedant liberis pariter in omnibus.*
3 *Coniunctus per patrem, per rescriptum legitimatus, fratri non succedit.*

Itaque. Fratres ex vtroque parente coniuncti, in successione fratris intestati pręferuntur alijs ex altero tan-
1 tum parente coniunctis in ominibus. bonis h. d. † Nota. duo iu-
a ra, vel vincula esse fortiora, quam vnum [a] Et vt intelligas, attende, quod quando fratri defuncto supersunt fratres tantu m, ita quod alij non sunt proximiores. Aut omnes fratres sunt vtrinque coniuncti, ita quod nullus est vno latere tantum. & res est clara, quia omnes succedunt, & pariter in omnibus. Aut qui su-
b pstunt ꝯiungunt ei ex vno latere tm̄, vt vterini [b] tm̄ vel ꝯsanguinei tantum. Et tunc si omnes sunt ex eodem latere, ita quod nullus ex alio, adhuc res est clara, quia illi succedunt pariter in omnibus. Si autem aliqui essent ex vno latere, vt vterini tantum, & alii ex alio tantum, vt consanguinei, & tunc in bonis a se quesitis omnes pariter succedunt, quia hodie agnatio a cognatione non dieffrt, ut supra titulo primo. idest authentica cessante. In aliis bonis refert unde sint quæsita, quia si a patre in eis præferuntur consanguinei. si a matre in eis præferuntur vterini, ut supra titulo primo, lege de emancipatis. in fine. Et hoc vult glossa, & doctores. licet Pla. dixerit illam legem de emancipatis esse correctam. ꝙ fateor in vno casu, videlicet, quando pater defuncti superesset cum

ADDITIONES.

a ¶Quam vnum. Adde d. Soc. consi. cclij. inc. uisis instrumentis concessionum. vers. ex quibus uerbis. ibi quantomagis. in 2. parte. char. cxlvi. ubi hoc idem.

b ¶Vt vterini. Adde quod licet frater vterinus quantum ad succedendum non concurrat cum fratre vtrinque coniucto, tamen est in eo. gradu quo ipse, & dicitur frater simpliciter, vt per d. Soc. consi. 1. incip. in casu. supra. nar. præterea illud cir. med. & in fi. cum ver. se. in 1. parte. char. 2. & ibi per eum in prin. consi. cum uer. habes quid & quo iu. ff. uterinus dicatur agnatus, & proprie frater se. Item in d. uer. præt. cir. fi. quare frater vterinus dicatur vterinus. Item etiam uide ibi per eum, quod frater uterinus, & frater ex patre tantum de iure cōi parificantur in succedendo, nec ius inter unum & alterum differentiam facit Item adde quod fratris appellatione uenit uterinus, ut per p̄fa. Soc. cōs. ccciij. inci. uiso statuto uer. sed dicā. 2. parte. char. cclxxv. Sed an statutum loquens de fratre intelligi dēat de fratre uterino, uel de illo qui est in potiori gradu respectu successionis? uide p p̄f. Soc. in d. cons. 1. in pri. cū uer. seq. in d. parte. char. 2.

cum huiusmodi fratribus. nam pater in omnibus bonis præfertur. Sed vbi tantum fratres prædicti superessent, vt in casu nostro, gl. bene dicit. Aut eorū, qui supersunt aliqui ꝯiunguntur ex utroque latere, & aliquid ex uno tantum, siue sint consanguinei tantum siue uterini tantum, tunc in omnibus bonis undecunque quæsitis vtrinque coniunctus præfertur. quia duplex uinculum fortius est uno tantum, ut hic, & in concor. & supra de edi
2 cto diui Adriani. lege finali. §. primo. † Quæro ab extra, quando parentes succedunt liberis, an pariter in omnib. dicit Bartolus, quod sic, in aliunde quæsitis. in prouentis uero a linea materna, præfuruntur materni, & in prouentis a linea paterna. præferuntur paterni. & allegat tex. singu. infra titulo secundo. lege tertia. Et hunc casum dicit esse correptum per authenticam, defuncto. supra ad Tertu. Ego dubito quod verū nō dicat. quia tex. in Authentica de hæred. ab intestato. §. continens. unde sumitur authentica defuncto. dicit, quod hæreditas diuidi debet, ut dimidietatem paterni, & dimidietatem materni accipiant. Vnde pondero illud uerbum, hæreditas, quæ est successio in vniuersum ius defuncti, vt ff. de regulis iuris. l. hæreditas. & si tota hęrreditas diuiditur, ergo omnia bona tam a matre, quam a patre prouenta, sunt inter eos diuidenda. Quæro etiam, quid si fratres qui supersint non sunt ex legitimo matrimonio nati, & fratri defuncto vnus ex superextantibus est cōiunctus per patrem tantum, & alter per matrem tantum, an illi succedunt eo modo quo dixi de natis ex legitimo matrimonio? Cynus dicit quod coniunctus per patrem ei non succedit. vt in Authentica quibus modis natu. efficiun. sui. §. filium. sed coniunctus per matrem sic, siue sit spurius, siue vulgo conceptus, vt ff. vnde co. lege secunda.
3 † Et nota. quod coniunctus per patrem etiam si fuerit legitimatus per rescriptum, fratri non succedit, ut dicto §. filium. & nota glossam in dicta lege secunda. & uide quæ scripsi in Authentica item si quis. supra, de natu. libe. Vlterius scias, quod Cynus recitat hic quandam distinctionem Dyni super materia successionum ab intestato, recitando compendiose iura antiqua, & noua. sed mihi non uidentur scribenda, quia satis est dictum supra in authentica de ista materia tractantibus. Nam de successione descendentium, habuisti supra de suis, & legitimis. authentica in successione. De succcessione ascendentium, habuisti in authē tica defuncto. supra ad Tertællianum. De successione collateralium habes hic, quando extant fratres tantum; quando autem extant fratres, & filij fratrum, habuisti in authentica cessante. supra ttulo primo. & quando filij fratrum tantum, & non fratres, habuisti in authentica post fratres. in eodem titulo. & de ulterioribus in gradu, habuisti idem in alia authenticam post fratres. & uide quæ in qualibet earum scripsi.

De bonis mat. & materni generis. Tit. LIX.

Continua præsentem rubricam, vt in gl.

LEX PRIMA.

1 *Pater vsumfructum habet in rebus maternis filio delatis. & an possit procuratorem constituere, & omnia facere. & nu. seq.*

Res, quæ. Primo ponit quod ius habet pater, & filius in bonis maternis. Secundo, cui competat eorum administratio. Tertio, interdicit eorum alienationem. Secunda ibi, parentes. Tertia ibi,
1 ita ut. Casus. † In rebus maternis delatis filio in potestate costituto, pr̄ habet hodie solum vsumfructum. & pro ipsius
a persequēdis etiam in iudicio pater habet legitimam personam, [a] ac si eorum perfectum haberet, & dominium: non tamen potest illas alienare in præudicium filiorum, sed sui, sic & eius fideiussoris. hoc dicit. Nota textum ibi, impigre, facere contra litigantes male procuratoribus, & aduocatis soluentes. Item usufructuarius facit impensam de fructibus pro rei vendicatione. Item quod nulla prescriptio potest opponi filio postea uendicanti. Oppono primo, quod imo quo ad proprietatem quærantur filio, vt ff. de acquirenda hæreditate. lege placet, & supra de petitione hereditatis. lege, si filius. Solutio distinguendo tempora, vt in glossa prima. Sed ab extra oppono, quod imo hoc fuerit de iure fforum, vt ff. de inofficioso testamento lege si filius. & de iure Codicis, vt supra qui admit. ad bono. posses. lege prima, quæ secundum glossam ibi positam loquitur in materna hæreditate. Illarum legum timore Richardus Malumbrinus confessus fuit contrarium dicens, quod non est uerum, quod per istam legem hoc fuerit inuentum, quia erat ius antiquum. Sed male dixit, ꝙ primitus per Constantinum fuit inuentum, vt hic in glossa. Et illam opinionem reprobat, quæ fuit etiam quorundam antiquorum in lege is qui hęres. §. finali. de acquirenda hæreditate. & sit falsa probatur in lege filiusfamilias. duxit vxorem ff. de acquirenda hæreditate. coniuncta lege finali. §. similique modo. infra de bonis quæ liberis. Similiter est contra textum. ff. si quis omis. causa testa. lege si filius. Nec obstat dicta lex si filius. quia ibi de iure querelandi, quod ex persona filii iniuriati erat querendum patri. Ad legem primam supra qui admi. ad bono. possess. respondeo, vt ibi dixi in x. oppositione. Oppono, quod pater non possit constituere procuratorem, vt pote non dominus. vt ff. de procuratoribus. lege prima. supra de procuratoribus. l. neque. Solutio tribus modis, vt in glossa secunda. Tertia nihil valet, quia & hic in indicio loquitur. secunda in se uera, sed non perfecta. quia hic per ipsum loquit̄, etiam ante litem contestatam. & est ratio, quia pater iste potest mouere actiones suo nomine, vt notatur infra in alia glossa. & per consequens procuratorē potest constituere, vt ff. de mino. lege sed si vnus. §. idem ait. Item, quia iste textus dicit, tanquam si solidum, & perfectum dominium haberet. Item per litem contestatam dicitur petere, sed prius dicirur petere velle, vt ff. rem ratam haberi. lege amplius. Cum ergo textus iste permittit ei per procuratorem petere, sequitur necessario, quod procuratorem prius ordinet, quam petat. Non obstt lex prima, quia hic pro domino habetur. Item vsusfructus pars dominij est, vt ff. de vsufru. lege, tertia. Nec obstat dicta lex neque. quia hic administrat ad proprium commodum,
2 ibi ad alienum tantum. † Oppono quarto, quod non omnia faccre possit, quia non alienare, vt hic in fine. Solutio, vt in tertia glossa, quod hoc de generali sermone excipitur. Oppono quinto, quod si non potest vendere, non possit actiones mouere, vt ff. de iure deliberandi. lege ait prætor. §. est enim. Solutio. ibi de eo, qui sub proprio nomine agere vult, hic filij, licet etiam ad vtilitatem suam. Oppono sexto, quod si alienare non potest, igitur contractus non debet valere in preiudicium sui, nec suorum fideiussorum. vt lege non dubium. supra de legatis. Solutio ut in glossa penultima. quia hic non prohibet simpliciter, sed secundum quid, & respectiue. Item hic non tam prohibet, quam alias prohibita secundum quid enunciat, vt lege. rem alienam. ff. de contrahenda emptione. Quæro, quis iurabit de calumnia? dic, vt in glossa quarta. Quæro in cuius persona concipietur libellus? dic, vt in ea glossa, vel melius dic, quod ratione iuris sui concipietur in persona patris, & ratione iuris filij concipitur administratio nomine filij. & hoc si filius sit infans, uel absens. sed
b vbi sit p̄sens, [b] & maior infante, tunc sit patris electio, an velit, quod filius vna secum agat cum eius authoritate, an uero ipse valeat agere proprio nomine ratione iuris sui, & tanquam legitimus administrator filij, ut in hac glossa. & hoc ubi agit, sed vbi conuenitur practica communis se habet, vt cōtra utriusque agatur, scilicet contra filium. & contra patrem eius legitimum administratorē. Quæro an hæc lex doceat patrem mentiri? dicit glossa quod sic, causatiue, si uult emptorem inuenire. Ego puto, ꝙ non, quia non esset de legis honestate. Item quia alibi reprobat mentientes, vt ff. de iureiurando. lege si duo. in principio. & l. allega. in eodem titulo. Ideo, quod hic dicit. quod docere debet & cæte. intellige cum res fuerit euicta, ne de euictione teneatur, vel cum de ea euitanda tractabitur. Quæro, si de fideiussore non fuit conuentum, an possit petere a patre inuito? dicit glossa, quod sic, quasi emineat euictio in limine contractus, & ita intellige hunc textum. quod non est tutum, cum filius tunc agere non possit, vt hic. & infra de ann. excep. lege prima. in fine. Ideo, vt plurimum Doctores intelligunt, quod hic loquatur per viam consilij consulendo emptori, vel ab initio sibi prospiciat de fideiussore, & rationem annectit in fine, quia si non fecerit sibi non imputet. cum nullam præscriptionem opponere poterit. quod intellige nisi tricennalem.

ADDITIONES.

a ¶ Habet legitimam personam. Tu dic hoc esse uerum, nisi pater sit turpis, uel infamis persona, ita no. Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem, ff. sol. ma. & in l. 2. uersicu. item quæro id quod dicitur. ff. de uulga. & pupilla. & Bal. in l. humanitatis. supra de impub. & aliis substitu.

b † Vbi sit præsens. Adde glossam notatam in l. filius. §. inuitus. quam ibi ponderat Bal. ff. de procu. & no. Alexand. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solt. mat.

AVTHENTICA.

1 *Dominium vtile, vel directum, an quæratur per prescriptionem triginta, vel quadragina annorum. & nu. 2.*

1 Nisi tricennale. Nota, quod per præscriptionem triginta annorum, quæritur vtile dominium. Item quod currit contra filium puberem tantum, & sui iuris existentem, non contra pupillum, vt hic in fi. nec currit
2 etiam contra filium, quandiu est in potestate. † Gl. hic principali
a ter querit, an per præscr. xxx. ann. vel xl. quærat̄ directum dn̄ū, [a] uel utile tm̄? & Mar. dixit, ꝙ directū per istā l. q̄ dicit, ꝙ dn̄s efficit; & sic in dubio pleno iure. ff. si ager vect. l. j. & pro hoc inducit multas alias ll. in gl. alle. Sed Ioā. Bul. & Accur. dixerunt, ꝙ tantū vtile dn̄ium q̄rit̄, si bona fide possidet. alias si mala fide, solū exceptione tuet̄ ꝯ dn̄m. & ꝙ solum utile dn̄ium quęratur, probat, quia sic est in pręscriptione longi temporis, ergo & in ista. antecedens probatur per legē emptor. & legē super longi. infra. de præscri. longi tempo. quibus dicitur dari exceptionem præscribenti. sed cum exceptio sit actionis exclusio, sequitur quod agens rei vedica

ADDITIO.

a Directum dominium, uel utile tantum. Adde de hoc quæsito scilicet an dominium quæratur præscriptione, ergo dixi in apost. ad istum in l. traditionibus. supra de pact. ubi etiam posui in apost. ad Bar. in uer. per prescriptionem. & in apostiilis ad Bal. in principio.

vendicatione,dominium aliquod habet,vt prius; sed non habet
illud,quod est quæsitum præscribenti, cum duo non possint ea-
dem specie dominij domini insolidum esse, vt l. si vt certo. §. si
duobus vehiculum.ff.commo. & directum non potest dici præ-
scriptum,quia tunc nihil remanet penes actorem. ergo sequitur
necessario, quod vtile tantum est præscriptione lon.temp. quæsi
tum.& si hoc est in illa,fortius in ista, per rationem diuersitatis,
quam infra assignabo. Secundo per eundem modum induxe-
runt pro casu leg. si quis emptionis. infra de præscrip.long.tem-
po.Hanc secutus fuit Dyn.& addit istam rationem,quia sicut se
habet quasi possessio in præscriptione corporalium,ita se debet
habere vera possessio in præscriptione incorporalium,sed in præ
scrip.incorporalium ex quasi poss.quæritur ius vtile,& non dire-
ctum, vt ff.si ser.vend.lege.siquis diuturno. in principio. & ff.de
aqua plu.arcen.lege prima,in prin.& fin.ergo & idem in corpora
libus.Hoc idem cõfirmauit patruus meus,ex eo, quia si aliter di-
dicatur,non erit differentia inter vsucapionem,&præscriptionẽ,
quia per vsucapionem rerum mobilium quæratur directum &
plenũ dominiũ,vt l.traditionibus.& ibi dixi.s̄. de pac.sed falsum
est, ꝙ idẽ debeamus dicere esse in præscriptione immobilium,
cum ratio sit in ea valde diuersa.ergo &c.vt l.j.j. de lib.præ.nam
in vsucapio.vertitur merus fauor,qui est ampliandus, in præscri.
